

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0001-0

00 [illegible]

De Mo:
fo 65 Reperiuntur quidam inflati mulieres qui suas opiniones protrahunt ad montem ventosum ut ibi videantur docti in gloria, quibus debent capite resistere

fo 69 nu 2 Monitorium saepe comminationem non inhibitionem.

Et differunt inter se Monitorium Monitum & Monitio.

Ex verbis M. Tullii fam. lib 4 Marco Marcello

Neque monere te audeo, praestante prudentia virum: nec confirmare maximi animi hominem unumque fortissimum. Vid. fol. 4. ad nu. 2.

A Verbo Moneo terminantur

Monitio
Monitum } idem est quod admonitio vel stimulatio ad faciendum bonum
Monitor &
Monitorium.

Habenda est ratio & diligentia ut primo sit monitio amicabilis, deinde obiurgatio contumelia careat

~~Jurisprudenz~~
~~18. a.~~

O. b. 355.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0004-7

# TRACTATVS
# DE MONITORIIS
## CLARISS. IVRISCONS. ET CELEBERRIMI IN CVRIA ROMANA ADVOCATI,
## *QVINTILIANI MANDOSII.*

OMNIBVS, ET PONTIFICII, ET CAEſarei, iuris ſtudioſis, cauſarum Patronis, ac iuſdicentibus vtilis, & neceſſarius.

*Ac ab eodem Auctore, iterum recognitus, & ampliatus; Cum Summariis, & Indice locupletiſsimo.*



B D

SPIRAE.
Typis Bernardi Albini,
An. CIↃ. IↃ. LXXXVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0006-9

# ILLVSTRISS. GENEROSISSIMOQ. CAROLO COMITI DE Sultz, Lãtgrauio in Keggavv, &c. Spectabili, Ampliſſimoque Cameræ Imperialis Spir: Præſidi, D. ſuo Clemẽtiſs. S. P.

MAgnæ Curiæ, magne Præſes En adfert tibi Chalcographia noſtra hoc nouo Sole, nouum à forma, typisq; noſtris munus Quintil: Mandoſij Curiæ Romanæ nuper Aduocati celeberrimi, *De Monitorijs edictus tractatũ*,

qui idem ſupra annos aliquot execuſus Romæ, mox nimia commendatione ſui ita laborare cœpit, vt ab omnibus diſtractus & ferè omnium conclaui detentus in tenebris quaſi immerſus ſepultusq; iacere videretur, adeò nimis verum eſt illud:

*Optima prima ferè manibus rapiuntur auaris,*
*Implentur numeris deteriora ſuis.*

Ego verò Doctorum virorum de hoc ſcripto iudicium magnificum nequaquam inſuper habens, qui ſimul adhortabãtur operæ precium facturum me, ſi idipſum denuo in lucem aſpectumq; proferrẽ, numerò huc manus admoui, oſſa colligere, eaq; neruis q. inter ſe cõnectere cœpi, & (quòd Medæa ſenibus recoquendis factitaſſe dicitur) priſtinũ vigorem & iuuentam reſtitui. Qua in re, voluntas vtique fuit, tum, communi Reip. ſub veſtri nominis auſpicio, gratificandi: tum, præcipuè ciuilis ſtudij ſuccenturiatis iuuenibus conſulendi, quibus alioqui detrimentoſum fuerat rẽ tam vtilem, magnamq; ſic inſperatò

ratò interijſſe. Magna, inquam, eaque vtilis, quà materiâ, quà vſu, propriaque vobis, quorum edicta ad omnes ferè Chriſtiani mundi oras cum auctoritate ſumma tranſmittuntur. Hinc ſarta tecta ſtat Maieſtas & reuerentia præſidij muneriſque veſtri: ſtat item agendarum litium forma. Maieſtas etenim quæ demum eſſe queat, ſicubi iſthæc pars pro vili contemptuque deſpuatur? Quæ litium actionumq; ciuilium forma, vbi perēptoria iudicis pro tribunali ſedentis, monitoria, & citationes, deniq; pœnarum imparientiæ, vel contumaciæ decreta incilantur, eorumque ferendi ius, ordo & effectus ignorātur? ſanè iſtic loci ὑπέρτερα νέρτερα omnia ferri neceſſe eſt, de iudice ibidē rectè illud vſurparis,

*Cecropidum ſtatuæ, truncoque ſimillimus Hermæ.*

Sed nihil attinet hoc anxiè Dignitati tuæ inculcari, quemadmodum neq; ea fini Quintil. Mandoſiū offerimus, quò inſtituare, qui iam hæc multò ante, & meliora maioraq;, his pro confeſſo ha-

bes: Quo nomine glorioſæ Cameræ Imperialis, magno libentiſſimoq; conſenſu ad præſidatus Triumviratum, ac veluti ἀπὸ θεῶν ascendiſti, & etiamnũ perplaces. Longè alia mens mea, alia ratio & quidẽ non vana. Tantũ modò ſtudioſæ iuuẽtuti honoribus publicis ſuccreſcenti, ac Reip. veſtræ aliquando, legitimi temporis curſu emenſo, partaque ingenij maturitate, in partibus eius à vobis credendæ, operam ſuam tacitè pollicenti pro parte & ſparta mea prodeſſe adnixo animo deſtinabar: Cuius ſpem & fiduciam, clariſſimi Doctores quidam amici mei fecerunt. Quorum iudicio cõcedent omnes qui Mandoſij alium tractatum quemlibet, vel ſummis digitis attigerunt, vel inſpexerunt, perfacilè ab ipſo frontiſpicio, velut ex vnguibus leonem (vt in prouerbio eſt) agnituri. Simul vno hoc libello iuris communis & certi regulas, definitiones, diuiſiones, ampliationes, limitationes, nouas quidem & ingenioſas, inſigni ſerie diſtributas, pauxillo ære ſibi comparabunt. Quem equidem libellum

lũ Illuſtriſſime Præſes, Celſitudini tuæ dicamus, vt deinceps diſcat iuuentus, & meminerit optima quæq; à ſplendore ſuperiori accipere, & æſtimare. Magnũ enim pondus ſupra omnẽ cõmendationem huic operi accedet. Quod ſi gratioſum fuiſſe tibi intellexero, in poſterum, in defeſſo labore, ad obſeruantiæ erga te meæ teſtificationem, omni conatu induſtriaque mea incumbam: In ſpem gratiæ & beneuolentiæ veſtræ, Ad hæc votum noſtrum hoc ſalutare accipe, Iouæ. O. M.

Vitæ vtriuſque Beatitudinem,
& Felicitatem peremnem
Dn. S. L. M Q. P.
A. vlt. temp. CIↃ. IↃ. LXXXVII. K. I.

C. T. *Addictiſsimus*,
B. Albinus.

# TRACTATVS DE MONITORIIS CLARISS. IVRISCONS. ET IN CVRIA ROMANA CELEBERRIMI Aduocati QVINTILIANI MANDOSII.

## *PROOEMIVM.*

DE Monitorijs tractaturus, quorum materia perutilis eſt, & Romæ frequẽtiſſima moneo videnda eſſe, quæ ſcripſi ſuper Glo. Facultatum. §. Et proprium, in ver. monitoriis. Et ne per terminos ignotos procedamus, primo ad cognitionem huius termini monitorium deueniamus. Et ſciẽdum eſt, quod monitorium etiã ædictum in iure denominatur, hinc veteres dicebant ædicto admonere, prout in l. diui fratres ædicto admonuerunt, ne iuſtæ ſepulturę traditũ corpus inquietetur, & eſt l. 39.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0013-7

D.de & ſumpti.fune. Alia loca in iure de ædicto monitorio loquētia recitabimus infra quæſt.1.ante nu.8.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitorium vnde dicatur.*
2 *Senior, & prudentior inexpertem monere conſueuit.*
3 *Monere, id eſt, vocare.*
4 *Monere, id eſt, præcipere.*
5 *Monere, id eſt, prædicere.*
6 *Monere, id eſt, docere, ſeu aduertere.*
7 *Monitio, & monitum idem, quod documentum, vel conſilium.*
8 *Monitio in iure ſumitur pro citatione ab ipſo iudice.*
9 *Monitio, a monitorio differt.*
10 *Monitio proprio ore iudicis fit.*
11 *Monitionis iudicis formula.*
12 *Monitiones in alio ſignificatu.*
13 *Monitio de qua in auten. hoc amplius. C. de fideicom. quid ſit, & quid operetur.*
14 *Monitio quando præcedere debeat, vt quis moneri poſſit.*

15 *Monitio requiritur vt grauatus à teſtatore aliquid facere, priuetur hereditate.*
16 *Monitio iudicis vt qs agat, ſeu excipiat.*
17 *Monitio quæ ſuſpenſionis, vel excõmunicationis ſententiam præcedere debet.*
18 *Monitio ad effectum vt quis perdat priuilegium clericale.*

## QVAESTIO I.

PRIMO quæro * vnde deriuetur, ſeu denominetur monitorium, & an monitoriũ, monitum, & monitio differant? Moneo verbum (à quo monitorium) idem ſignificat quod ſuadeo, hortor, prædico, memorē facio, aduerto, doceo. In hoc ſignificatu accipimus illud Iudic. cap. 1. Quam pergētem in itinere monuit vir ſuus, vt peteret à patre ſuo agrum, elicitur etiam. quòd * ſenior, prudentior, & magis expertus iuniorem, & inexpertem monere cõſueuit, vt Tobiæ cap. 1. & 10. Parētes Saræ vxoris Tobiæ iunioris monuerunt eā ho-

norare ſoceros, diligere maritum, regere familiã, gubernare domum, & ſe ipſam irreprehenſibilem exhibere. Actuum cap. 20. Receſſurus Paulus de Aſia dixit maioribus natu. Non ceſſaui die, ac nocte cum lacrimis monens vnumquemque veſtrum, & apud Plaut. in pẽ. Ad hoc volo monere te, monendus ne moneas. 1. ad Corinth. 4. Non vt confũdam vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Quæ etiam percipimus ex verbis M. Tullij Famil. lib. 4. M. Marcello. Neque monere te audeo præſtante prudentia virum: nec confirmare maximi animi hominem, virũq; fortiſſimum &c. Nonnumquam par parem, amicus amicũ monet, prout legere eſt apud eundem M. Tullium in lib. de claris oratorib. q̃ dicitur brutus cir. prin. ſed contra (inquit) ſemper alter ab altero adiutus, & communicando & fauendo, & monendo. Monere nonnunquam exponimus. i. recenſere. Horat. Odæ 7. Carminum lib. 3. Et peccare docentes fallax hiſtorias monet. Monere. * i. inuitare, ſeu vocare. Terent. in Heaut.

aut. Monere me oportet hunc vicinum phaniã ad cœnam vt veniat. Et monere pro vocare. l. abſentem. verſ. Quid igitur. D. de pœnis. l. dies cautioni. §. toties autem. ibi. Fieri autem poteſt vt ita monitus defenſor exiſtat. D. de dã. infe. l. de quibus, quæſt. 57. D. de verb. ſignifi. l. præſenti. §. cum autem monitus C. de his, qui ad eccle. confu. Monere aliquãdo * præcipere ſignificat, ita acci pi debere puto Deut. cap. 21. verſus fi. Fi 4
lius noſter iſte proteruus, & contumax monita noſtra contemnit. l. 1, §. ſi magiſtratibus, verſ. ſed ita demum tenentur ſi moniti non dent. Iun. glo. in ver. moniti, quæ ſupplet, per iuſſum. D. de magiſt. conueni. c. penul. ibi, Cuius exemplo monemur, ne ad proferendã ſentẽtiam præcipites ſimus. 2. quæſt. 1. c. ſic enim, poſt princ. & verſ. Quia neque id, quod monet apoſtolus. & §. ſi autẽ. 28. q. 1. l. monẽte, & ibi, Luc. de Pẽ. in prin. C. de delato. lib. 10. Idem Luc. in l. 2. in ver. commoneant. C. de cano. largi. co. lib. 10. Monitoria, quæ decernuntur po tius mandatorum, & præceptorum in-

ſtar habēt, quam ſimplicium monitionū, licet aliàs inter præcipere, ſeu cogere, ac monere maxima ſit differentia. c. inquiſiuit deſponſa. Monere *. i. prædi-
5 cere Aeneid. 2. Pieq; omnibus vnū prę-
dicam, & repetens iterumque, iterumque monebo, rurſus Helenus cum multa horrenda moneret, hos mihi prædixit luctus non dira Celeno. Monere *. i.
6 aduertere. inſtruere, ſeu docere. Horat. epiſt. ad Ful. Flac. lib. 1. Monitus, multūque monendus, qui nō profecit adhuc. l. ſed & ſi ad fi. D. ad leg. aquil. ibi. Sed monendi. M. Varro de re ruſti. in præfatio. Quid fieri oporteat vt te moneam. Virg. 3. Aenei. Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce monere. Monere. i. hortari. Familia. lib. 5. epiſt. 2. Quamquam tuis monitis, præceptiſq; omnis eſt abijciēdus dolor, lun. ijs, quæ ibidem ſubijciūtur videlicet. Itaque vt mones, quātum cunque potero, me ab omnibus moleſtiis, & angoribus abducam. Propriè autē monemus filios, hortamur amicos. Cice. Planco, ſic moneo vt filiū: ſic hortor vt & proprium, & amiciſſimum. Et

quòd

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0018-5

quòd monitio regulariter non obliget probat tex. lun. gl. in l. filiusfam. ad fin. D. de tute. & glo. in l. ſi negotiũ, in ver. geſtorum. C. nego. geſto. Monere pro reprehendere, vel regarduere habes apud Terent. cir. prin. Heautontimerũenon, ſub ijs verbis, facit vt te audacter moneam, & familiariter. Ibi enim Cremes reprehendit Menedemum. Monitiones præmiſſæ licet licita, & honeſta reſpicere ſoleant, vt in locis præallegatis, quandoque tamen ad inhoneſta trahuntur, pro vt apud Terent. in prin. Hęciræ. Ergo propterea te ſedulò & moneo, & hortor, ne cuiuſquã te miſereat, quin ſpolies, mutiles, laceres quęq; nacta ſis. Peſſima monitio erat hæc Sirę olim meretricis, tunc vetulæ, & lenæ erga Philotem iuuenem, & inexpertẽ meretriculam, etiam ex eiuſdem Philotis reſponſione, ac aſſertione dũ inquit. Tamen eandem pol eſſe omnibus iniurium eſt. Niſi reſpõdeamus, quòd licet turpe ſit aliquam exercere artem meretriciam, non tamen eſt turpe eam accipere. iuxta tex. in l. 4. D. de cõdi. ob tur.

cauſa. Et quia illius artis præcipuũ præ-
ceptũ videbatur eſſe, occurrere captio-
nibus , & dolis, ac blanditiis amantiũ,
ideo non debet abſonum videri, vt illa
vetula lena inſtrueret inexpertẽ , & in-
ſciam meretriculam . A verbo moneo
deriuantur monitio, monitum, moni-
tor, & monitorium.* Monitio ſeu mo-
tum idem erit, quod documentum, cõ
ſilium, vel ſollicitatio ad faciendum bo
num. Sic Tobię cap. 1. Et monita ſalutis
dabat eis. Virgil. 6. Aeneid. Diſcite iu-
ſtitiam moniti, & non temnere diuos.
Cice. officio. lib. 3. Habenda ratio, & di-
ligentia eſt, primò vt monitio acerbita-
te, deinde obiurgatio contumelia care-
at. Idem 4. de Finib. Itaq;, quæ ſunt eo-
rum cõſultationes, quæ cohortationes
quæ etiam monita à conſilio ſcripta ad
ſummos viros. Horat. de arte poetica
Lectorem delectando, pariterq́; monẽ-
do, & parũ poſt, vt ſcriptor qui peccat,
idem librarius uſque. Quamuis eſt mo
nitus, venia caret. Monitio ſeu admoni
tio vt, per Plato ad calcẽ ſuarum defi-
nitionum , eſt ſermo cum obiurgatio-
ne

ne ex animo factus, vel eſt ſermo, pecca
ti aduertendi cauſa inſtitutus. Monitor
dicitur qui alicuius rei aliquē monet.
Horat. epiſt. ad Lollium lib. 1. Protinus
vt moneam, ſi quid monitoris eges tu.
Monitores in alio ſignificatu habes in
l. inſtrumenta fundi, aliàs iuxta pādect.
Florentin. inſtrumēto fundi. ibi. Quo-
rum in numero ſunt villici, & monito-
res. Columel. lib. 1. de re ruſt. cap. vlt. in
quit. Et in turbas, & ſubmonitore vini-
tor opus facere debet. Monitorio (de
quo loquimur) & quod parum a moni-
tione, ſeu monito differt omnes præ-
miſſæ ſignificationes congruunt: ma-
gis tamen illæ duæ videlicet, quod mo-
nere ſit citare, rurſus præcipere. De edi-
cto monitorio habemus in ſuperſcri-
ptione ad l. ſciēdum, quæ eſt 57. D. de a-
ctio. & obli. in hæc verba Caliſtratus, li.
1. Edicti monitorij, & ſuperſcrip. l. quā-
uis. quæ eſt 13. D. vt in poſſeſſ. lega. in ſu-
perſcript. l. nec demum, quæ eſt 8. D. de
ope. libert. ac in ſuperſcript. l. ſolidum,
quæ eſt 85. D. de ſolutio. Monitio * in iu 8
re capitur pro citatione ab ipſo iudice
apud

apud acta facta, ſeu pro quodam mãdato, vel præcepto vt quis cõpareat, quod citationi æquipollet: de qua monitione habemus tex. in l. 2. & ibi per Bald. col. 2. verſ. Quarto, quod hic iudex in facie monuit reum vel actorem præfatũ. C. quomo. & quan. iud. in c. 2. de teſtib. in c. conſuluit, lun. glo. in ver. terminũ, de offic. dele. per eundem Bal. in l. vt p-fectus. col. 2. ver. decimò, quòd ſi citatio poteſt fieri per iudicem admonentem. C. de anna. excep. & per Alex. in l. contumacia. num. 6. in 7. fallen. D. de re iudi. Ioan. de Imol. con. 126. in caſu ante nu. 2. Maria. Sozi. de citatio. art. 27. nu. 55. E. in locis prædictis probatur etiam, quòd monitio per iudicem pro tribunali ſedentem facta, eſt maioris efficaciæ, quam citatio nuncii, ſeu curſoris, quia ſola monitio vim habet perẽptorij, & trinæ citationis, vt etiam per Maran, de ordi. iudi. ad fin. 3. dub. 6. par. vbi quærit per quẽ fieri debeat citatio. nu. 43. verſ. poteſt etiam & ipſemet iudex. Monitio tamen, & citatio vt diuerſa ponũtur in c. ſi capitulo, in fin. de cõ.

præb.

præb. lib. 6. prout etiam per glo. 1. in c. 1. de offic. dele. verſ. Itē qualiter vbi quòd par parem monet, ſed non citat, & per Maria. Sozi. de citatio. art. 1. nu. 3.* Mo-
nitio huiuſmodi a monitorio in aliqui 9
bus differre videtur, in hoc præſertim, ꝙ monitorij non apud acta, nec per iudicem executio fit; monitorumq. magis accedit citationi, quā monitio. Monitio enim, & citatio, ſeu vocatio vt diuerſæ ponuntur iuxta præalle. tex. in c. ſi capitulo. §. vlt. ibi ſine alia capituli vocatione, vel monitione de conpræb. li. 6. vbi etiam. Gemini. nu. 7. verſ. Quæ ſit differētia inter monitionem & citationem, & ſubdit, quandoque vtrumque commiſcetur. Et quòd monitio *ea ſit, 10
quæ proprio ore iudicis fit, probat tex. in l. 2. C. quomo. & quan. iud. & vult. gl. in l. & poſt edictū, in ver. debet. ibi. Sed per ſuam, vbi etiam Ange. & Iacobi. de ſan. Georg. nu. 8. D. de iudi. Lanfran. de citatio. nu. 11. verſ. Tertio dicitur citatio perēptoria admonitio iudicis. Foller. in praxi. crimi. in 1. par. 2, par. 1. ver. vel eos verbaliter citari faciat, num. 10.

Et quòd monitio iudicis ſedentis pro tribunali habeat vim citationis, & peremptorij præter ſupra adductos voluerunt glo. Bart. & Bald. in alle. l. 2. C. quomo. & quan. iud. idem Bal. in c. conſuluit, colum. 1. de offic. dele. Feli. in c. paſtoralis, in prin. de iudi. Iaſ. ſuper rub. C. de in ius vocan. verſ. Adde quòd iſta D. meus. in c. eccleſia S. Mariæ, nu. 78. de conſti. Pro præmiſſis omnibus videatur Maria. Sozi. in dicto tract. de citati. art. 1. nu. 3. ac. art. 27. præall. nu. 55. Monitio-
11 nis * huiuſmodi formula hæc eſt, quòd ſcribat notarius apud acta cauſæ D. Iudex monuit N. alterum ex litigantibus præſentē, vel monuit ambas partes præſentes, vt compareat, vel compareant prima, vel alia die iuridica coram ipſo iudice monente ad audiendam ſententiam diffinitiuam, ſeu aliquam interlocutoriam per ipſum iudicem ferēdam, vel ad aliquem alium actum iudiciarium, pro qua monitione, & formula præmiſſa vide Rober. Maran. de ordi. iudici. par. 6. dū de citatione tracta. nu. 48. & ſeq. verſ. Poteſt etiam ipſemet iu-

dex

dex pro tribunali ſedens monere, vel citare partem. Hæc monitio rarò in Rota: nonnumquam in tribunali Auditoris cameræ. Frequentius verò in tribunalibus Vicarij Papæ, & Gubernatoris, ac in curia Capitolina, & tribunalibus extra Rom. Cu. fieri conſueuit, altero præſertim ex collitigantibus id petente
*Monitiones in alio ſignificatu videlicet, quæ committuntur antequam ferã tur, ſeu fulminentur excommunicationes ad finem reuelationis, aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus, habes cap. 4. Decreti ſub forma Conc. Tridẽ. ſeſſio. 25. cir. prin. Et licet accuſatione non inſtituta iudex non poſſit cogere ſcientes ad iudicandum, ſeu reuelãdum delicta. ad glo. in l. 4. §. ſi ſibi ob iudicium. D. de condi. ob tur. cau. iuxta diſtin. Bart. ibi. Quia nos ſcimus in delictis, vel cauſis, ſeu negocijs in quibus iudex poteſt procedere per inquiſitionem, quia ad exonerationem cõſcientiarum detinentium, vel occupantium res alienas, & vt quis quod ſuum eſt conſequi poſſit, hæ monitiones, & quæ illas concernũt, & ſequun-

ſequuntur videntur iure fieri poſſe, vt in ſimi. per Cyn. in l. 2. C. de his, qui ad eccle. confu. & Rip. in l. dies. §. hoc autē nu. 8. D. de dam. infe. De ijs, & aliis huiuſmodi monitiones, ſeu monitorias concernētibus tractabo infra quęſt. 47. Rurſus in alio ſignificatu eo. cap. 4. Cō. Triden. ſeſſio. 25. verſ. fin. accipitur ver. Excommunicatus verò quicunque ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, &c.
13 * Monitio de qua in auten. hoc amplius. C. de fideicom. quæ ſit, & qualiter fieri debeat, & quid operetur vide per Docto. ibi & per Pariſ. conſ. 19. nu. 208. & 211. lib. 2. per And. Barba. con. 32. illud, lib. 3.
14 De * monitione, quæ pręcedere debet vt quis puniri poſſit ſi lex negatiuè loquatur. Puta ſi quis aliquid nō fecerit, puniatur in centum. Vel ſi non reſideat in eccleſia, vel beneficio: Aut ſi non conſtituat vicarium ſe priuatū ſciat. vide Inno. in c. extirpandæ. §. quia verò in ver. priuatum verſ. Item hæc habent locum vbi eſt pœna adiecta alicui negatiuè. Hoſtien. Ioan. And. Anto. de But. Imol. & Abb. de præb. Gemini in c.

c.licet canon.§.1,de electio.lib.6. Alex. in l.ſi ita ſtipulatus,col.5.D.de ver.obl. Feli.in c.2.nu.4,de magi.ſecus quando conſtitutio affirmatiuè loquitur, puta ſi quis percuſſerit clericum: vel ad moniales acceſſerit ſit excommunicatus: quo caſu non requiritur, monitio. Inno.& alij vbi ſuprà, Archi.in c.propter, 18.diſt.Bal.in l.& ſi poſt tres.col. vlt. D. ſi quis cautio.& in præall.autē.hoc amplius.col.3.C.de fideicom. Cardi.conſ. 56.veneran.Thom. Gramm. Dec.104. Magnificus.nu.22.& ſeq. De* monitio- 15
ne requiſita, vt grauatus à teſtatore aliquid facere, hereditate priuetur, vide tex.in auten.de eccleſi.titu.verſ. Si autem qui hoc facere iuſſi ſunt. Bart.in §. & hoc quidem nu.2.in auten. de hered. & falſi,& in alle.auten.hoc amplius. C. de fideicom. Dec. Neapo.capit.205. in cauſa,nu.1.& ſeq. De* monitione iudi 16
cis ad hoc vt actor infra aliquem terminum agat,vel reus excipiat,vt aliàs priuetur ille actione,hic exceptione. vide tex.in l.diffamari, & ibi per ſcriptores præſertim per D. Cæſarem Contard. q

pulchrè

pulchrè ſuper illa l. ſcripſit. C. de inge. manumiſ. tex. in l. mancipiorum. D. de optio. lega. in l. Titia. D. de accuſ. Dyn. in c. inductum. nu. 11. de regu. iur. lib. 6. ac præallc. Dec. Neap. cap. 205. poſt. nu.
17 3. De* monitione, q̄ ſuſpēſionis, vel excommunicationis ſententiam præcedere debet, vide text. in c. reprehenſibili, de appel. Et qualiter, & an indiſtinctè hoc procedat vltra glo. & Docto. ibi vide Rot. 138. nota quòd excōmunicatio, & 558. vtrùm excōmunicatus, in anti. Abba. in ſua praxi iudiciaria, cap. 22. nu. 2. & omnino Feli. in c. cum non ab homine. colum. penul. verſ. Limita igitur hoc eſſe verum de iudi. Vide etiam in-
18 fra q. 31. nu. 7. De * monitione ad effectum vt ingerēs ſe enormitatibus perdat priuilegium clericale habemus tex. in c. contingit 2. & in c. in audientia. de ſentē. excom. de quo etiā per Abb. in c. cū non ab homine. nu. 27. de iudi.

## *SVMMARIVM.*

*1 Monitorium in quo differat à mandato, ſeu præcepto.*

2. Man-

8 *Mandata, ſeu præcepta cauſa cognita decernuntur.*

## QVAESTIO II.

SECVNDO quæro * in quo differat monitorium à mandato, ſeu præcepto? Reſpõdeo, quòd in hoc præſertim, quia monitoria communiter concedi ſolẽt abſque cauſæ cognitione, ex abrupto, & cum illa clauſula ſi ſenſeris te grauatum, quod monitoriũ cũ hac clauſula, per ſimplicem comparitionẽ debilitatur, & ad naturam ſimplicis citationis reducitur, prout oſtendam infra queſt. 17. Mãdata * verò, ſeu præcepta cauſa cognita decernuntur, vt per Cyn. in l. quoties. C. de fideicom. per Bart. in l. ſi filiusfa. §. diui. in fi. & ibi Iaſ. in 1. lec. nu. 115. & in 2. lectu. nu. 5. & 157. D. de lega. 1. & per alios, quos cito in glo. facul. §. & propriũ, in ver. mandatis. Bertran. con. 247. vniuerſitas. nu. 3. lib. 2. & co. 64. egregie. col. 3. in primis.

*SVMMARIVM.*

*1 Monitoriorũ genera, quæ Romæ expediuntur quot ſint?*
*2 Monitoria aliqua in ciuilibus.*
*3 Monitoria quædam via ordinaria decernuntur.*
*4 Conſtito de aſſertis clauſula.*
*Conſtare etiam dicitur per legitimas coniecturas.*
*5 Perſonalis comparitio in criminalibus.*

## QVAESTIO III.

1 TERTIO quæro * quot ſint monitoriorũ genera, quæ ab Auditore Cameræ, vel aliis Romanis iudicibus decerni cõſueuere? Reſpondeo, quòd
2 duo, alterum videlicet, in * ciuilibus, de quo tractat Ancha. conſ. 297. efficacibus, per totum, ac Pariſ. cõ. 113. monitorium emanatum. vol. 4. Maria. Sozi. de citatio, art. 21. vbi hæc monitoria literas executoriales vocat Alterum vero in criminalibus. Ruſſus tam ciuiliũ quã criminalium monitoriorum duæ ſunt ſpecies, eorum videlicet, quæ (vt
3 præmiſi) via * ordinaria decernuntur, de

de quibus per Paris. præall. cōſ. 113. vol. 4. Item eorum, quæ in vim ſpecialis reſcripti, ſeu cōmiſſionis, vt per Ancha. prælle. coſ. 297. & per Paris. cōſ. 195. Ruit monitorium, vol. 4. Et eorū, quæ in vim reſcripti. Amplius tam illorum ciuilium, vel criminalium, quæ via ordinaria, quam quæ in vim reſcriptorū decernuntur, aliqua emanant pro Romana Curia, aliqua verò contra exiſtentes extra eam: vſus tamen monitoriorum criminaliū extra vrbem executioni demandandorum frequētior eſt: Romæ. n. in cauſis criminalibus vel à captura præuiis indiciis Iudices incipere ſolent, vel quis citatur ad informandū curiam, ſeu ad comparendum perſonaliter, & ſubijciendum ſe examini inſtante fiſco. Monitoriorum itē in vim reſcriptorum aliqua ſimpliciter, & ſtatim, nullaque præcedente probatione decernuntur: nonnulla verò non prius ſeu non aliter, quam probationi, conditioni, modo, vel formæ per reſcriptum requiſitis ſatisfiat: puta ſi in commiſſione dicatur. * Conſtito de aſſertis, ſeu 4

conſtito de præmiſſis monitorium decernat, vt pulchrè per Ancha. dicto cõſ. 297. colum. 1. ver. Secundo dicitur nullum. & col. 2. verſ. Et ſuper hoc aduertẽdum, & per Pariſ. alle. cõſi. 45. Ruit monitorium, vol. 4. Et aduertẽdum eſt ad illam clauſulam Cõſtito de præmiſſis, quòd etiam per coniecturas legitimas conſtare dicetur euidenter, euidẽterq. apparere dicemus, quod apparet ex cõiecturis. ad tex. in l. ſi quis locuples. §. vlt. D. de manu. teſta. Quod etiam voluerunt Iaco. de Are. Bar. & alij in l. licet imperator, in prin. D. de lega. 1. vbi Iaſ. hoc firmat ſeptem aliis cõcluſionibus, nu. 5. & alijs ſeq. & canoniſtæ tractant in c. 1. de inte. reſti. Aduertendum tamen eſt ad duas concluſiones, quas Iaſ. vbi ſupra ſubdit, nu. 13. & ſeq. Regulariter autem conſtare dicimus, quando quid verificatur vera probatione, nõ autem præſumptiua. iuxta glo. in cle. conſtitutionẽ, de electio. per Alex. in l. Lucius. D. de condi. & demon. Feli. ſuper rub. de proba. colum. 1. Iaſ. in l. magiſtratib⁹. col. 2. D. de iuriſ. omn. iudi. Verum etiã aduer-

aduertendum eſt, quòd iuxta ſubiectā materiā, ſtante huiuſmodi clauſula, vel ſimili, aliquando plena, ſeu euidēs probatio requiritur: aliquando verò ſufficit pręſumptiua, vt declarat Aegi. Boſſ. in prin. ſuæ praxis crimi. de delicto tractans, ſuper illo axiomate, vt in initio proceſſus criminalis prius conſtare debeat delictum eſſe commiſſum, ſeu (vt vulgo dicunt) prius conſtare debeat de corpore delicti. nu. 10, cū nōnullis ſeq. Inſuper ſciendum eſt, quòd ad hoc vt de aliquo conſtare dici poſſit, requiritur citatio partis, & cauſæ cognitio, vt in cap. 1. de cau. poſ. & propri. & in l. in cauſ. §. cauſa cognita. D. de mino. Hinc dicebam in 23. commiſſione. in ver. citatione præcedente, executionem ſententiæ fieri nō poſſe abſque noua citatione, ac cauſæ cognitione, etiā, quòd fatalia lapſa ſint, non enim ſequitur, fatalia lapſa ſunt, ergo cōſtat de deſertione, ſeu de re iudicata, vt ibi. Poſtremò monitoriorū criminalium aliqua monent, ſeu citant ad comparendum legitimè: Alia verò (quorum frequentior

5 vſus eſt)ad cōparendum * perſonaliter
in illis præſertim caſibus,in quib9 ſi ea,
quæ obiiciuntur vera redderentur,pœ
na corporis afflictiua imponenda veni-
ret,vel eſſet crimen capitale, ſeu crimē
publici iudicij,l.penul.§.ad crimen,D.
de publi.iudi.l.ſeruum quoque,§. pu-
blicè,vbi Bald.diſtinguit. D.de procu-
ra.c.cum dilecti.& ibi. Docto.de do.&
contu. Guid. Papæ quæſt. Delphi .338.
Aliquis accuſatur, Contra Illuſtriſs. D.
Petrum Lucam Fliſcum( quem ego ab
obiectis defendi ) fuit decretum & exe-
cutum monitorium ſuper deuolutio-
ne feudorum ob non ſolutionē annui
cenſus,& ſuper prætenſis delictis, cum
clauſula. Quòd quoad crimina, & deli-
cta perſonaliter compareret: quo verò
ad alia legitimè. De qua citatione per-
ſonaliter, & legitimè Rot.in no.271. ſi
de mandato,in prin.Ego verò viam in-
ueni,qua ipſum perſonaliter non com-
parentem,& innocentem oſtēdi,& ab-
ſoluendum fore pronunciari obtinui.
Rebus autem iudiciariis in tutò conſti-
tutis,armis potius,quam legibus caſtra

ſuper quibus contentio, & lis erat defẽdi oportere intellexi. Præmiſſæ diſtinctiones ſufficiãt omiſſis aliis, prætertim quòd aut monitoria decernuntur pro cauſis beneficiariis, aut prophanis, aut pro mixtis, hæc infra tractabimus. Et ꝙ aut decernuntur pro curialibus contra curiales: pro mercatoribus cõtra mercatores: pro curialibus, ſeu mercatoribus, contra non curiales, vel non mercatores, & econuerſo. Omiſſisque aliis, quæ à quo vis in praxi aliqualiter verſato tractari, & diſci poterunt. Monitorium generale in forma Malefactorum, habes apud Bertran. cõſ. 118. oppoſitio. in prin. lib. 2. in ſecundis.

*SVMMARIVM.*

1 *Monitoria ad comparendum perſonaliter quando decerni poßint.*

2 *Procurator interuenire poteſt in cauſa criminali ciuiliter intentata*

3 *Perſonaliter ad comparendum ex pluribus cauſis monere poteſt iudex.*

4 *Perſonaliter an quis in dubio compare-*

*re debeat?*

5 *Perſonaliter an comparere debeat, aliquē ad ita comparendum citare faciens?*

6 *Actoris, & rei eadem conditio.*

7 *Correlatiuorum ſtāte diuerſitate rationis, diſpoſitum in vno, non cenſetur diſpoſitum in altero.*

## QVAESTIO IIII.

1 QVARTO quæro * quando decerni debeāt, vel poſſint monitoria ad comparendum perſonaliter? Reſpondeo, vt proximè dixi in cauſis ſuper criminibus, dictu criminaliter intentatis ſi enim de crimine agatur ciuiliter, per
2 * procuratorem quis cōparere poteſt. c. ſuper his, in fin. de accuſa. c. tuæ. de procura. c. 1. cum glo. in ver. criminalis. de iudi. lib. 6. Rot. 420. ſi committatur, an
3 te nu. 2. in no. Item ad * perſonaliter cōparendum monere debet iudex vbicūque enormitas criminis, vel ſcandali id ſuadeat, & ad terrorem aliorum ne ſimilia perpetrent, vel quando de aliquo facto, vel veritate apparere non poteſt,

& ex

& ex alijs cauſis, de quibus in c.1. in fi. de iudi. lib. 6. & per Rot. 272. licet contra, in no. In dubio verò, ſeu ſi quis ſimpliciter vocatus ſit, an * perſonaliter comparere debeat, videtur affirmatiuè reſpondendum, per tex. in l. ſed ſciendũ. ver. Quid enim ſi morbo implicitus Alexandriam iuſſus fuit adire? Iun. glo. in ver. adire, quæ ſupplet, perſonaliter. Et ſic ſimpliciter iuſſus venire, ſeu ire perſonaliter venire, ſeu ire debet. D. ad trebel. Reſponderi poteſt ad illum text. & glo. quòd diuerſa eſt materia a noſtra, & diuerſa ratio. Rurſus declaratio ſumi debet ad illũ tex. & glo. iuxta intellectũ Imol. ibi videlicet, ſi erat expreſſum vt perſonaliter iret, alioqui aliud ſentit. Vnde concludamus, quòd quis non teneatur perſonaliter comparere, niſi expreſſum ſit vt perſonaliter compareat, Vel ſubiecta materia id ſuadeat. Perſonaliter autem quis comparere non cogitur in cauſis pecuniariis, niſi ſubſiſtẽte cauſa iuſta. l. vlt. C. de procura. Ioan. Anto. Rub. in tract. de poteſt. procura. & defenſ. in cau. crim. in 2. par. in quęſt.

incipien.

incipien. quãtę ſit vtilitatis. Adhuc dubitari poſſet, an ſiquis moneri, vel citari fecerit aliquem ad perſonaliter com-
5 parendum etiam * ipſe perſonaliter cõparere teneatur? Affirmatiua videtur verior ex regula. Non debet actori licere, quod reo non permittitur. D. de reg. iur. Et quòd * actoris, & rei eadem
6 ſit cõditio & prouiſio circa vnum, procedat quoad alterum, probatur ex text. in l. vlt. C, de fruct. & lit. expen. & voluerunt glo. in l. per interuallum. D. de iudi. Crot. q alios citat in repet. l. omnes populi. num. 114. ver. Hinc eſt, quòd lex D. de iuſti. & iu. Immo fauorabiliores ſunt rei, quam actores. l. fauorabiliores D. de reg. iur. c. 1. vt eccleſia bene. quod procedit tam in criminalibus, quã in ciuilibus. l. qui accuſare. C. de æden. vbi etiam glo. & in terminis noſtris, quod actor, qui obtinuit vt reus perſonaliter compareret, etiam ipſe perſonaliter cõparere debeat, tenuerunt Rot. Biſigne. 2. de do. & cõtu. in antiquio Gemini. in c. 1. col. 1. verſ quid ſi actor. eod. titu. de do. & contu. lib. 6. Feli. ſuper rub. de re-
ſcri.

reſcri.col.1.verſ.Et adde Rot.& ibidem
D.meus col.1.ver.& ideo quòd dicitur.
Idem Feli. in c.2.in prin.de mu.petitio
& in prohe Decr.in ver. Gregorius. co.
2.ver.vnde dixit.ac Rebuff.in tract.No-
minatio in 19.quæſt.prin.num.14. ver.
Vltimò dico, præmiſſa opin. affirmati-
ua vt ſubſiſtere poſſit, valde reſtringen-
da erit, videlicet, vt ſolú procedat.quã-
do is, qui procurauit vt aduerſarius p-
ſonaliter compareret, id obtinuit in ca
ſibus à iure non permiſſis, alioqui ipſe
perſonaliter comparere nõ tenebitur,
niſi aduerſarius ex alia ſimili cauſa hoc
idem prætenderet, vt declarat Marian.
Sozi.in tracta. citatio. art.20. quæſt.15.
colum.4.verſ. Sed quæro circa prædi-
cta.Inſuper, quia ſumus in materia cor-
relatiuorũ, declaranda eſt præmiſſa cõ-
cluſio, quòd non procedat data diuer-
ſitate rationis in actore, & reo, * prout 7
declarant, & limitant Bar.in.l. legem Iu
liam, quæ eſt vlt. C.de indi.vidu. tollẽ.
ver. prædicta vera niſi diuerſa ſit ratio.
& ibidem Ange.in vltimis verbis, Saly.
in prin.& Iaſ.col.3.in 3.conclu.Nell. de
Ban-

Bannit.in 2.par.2. temp.quæſt.40, Capra conſ.1.col.2.Aret.in c. iurauit,verſ. Et per hoc patet,de proba.Feli. in prohe.Decre.in ver.Gregorius,col.3.in 2. limi.Ruin.conſ.174.col.4.ver. Sed iſtis non obſtantibus,lib.1. Cur.lun.conſ.6. nu.8.Rip.ſuper Rub. D. de acqui. poſ. num.7.Ioan.Crot.in repet.l.omnes populi.nu.115.verſ. Limitatur hæc concluſio,quando eſt eadem ratio in vtroque correlatiuorum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitus vt cõſpectui Papæ ſe præſentet an perſonaliter cõparere debeat.*

2 *Conſpectus præſentiam ſupponit.*

3 *Præſens dicitur, qui præbetur ſenſibus corporis.*

## QVAESTIO V.

1 QVINTO quæro, *an ſi Papa, vel Auditor Cameræ moneat aliquem vt pro aliqua cauſa eius conſpectui ſe præſentet, teneatur ſic monitus perſonaliter

naliter comparere? Pro opin. affirmatiua pondero, quòd hic ſunt duo verba, quorum vtrumque perſonalẽ præſentiam requirit.* De primo eſt illud Virgilianum. Eſt in conſpectu, Tenedos. 2
De ſecundo habemus tex. in l. 1. in prin. D. de verb. obli. in clem. dudum. §. Ac deinde Iun. glo. in ver. præſentari, quã ibi communiter ſequuntur, vbi * quòd 3
præſens dicitur, qui præbetur ſenſibus corporis. de ſepult. Abb. in c. ea noſcitur. in 2. not. vbi quòd non dicitur præſentari, niſi exhibeat ſe ſenſibus corporis illius cui fit præſentatio, de iis, quæ ſi. a præla. Rocc. de Cur. in tracta. Iurispatro. poſt prin. quæſt. 3. num. 4. Plura alia pro præmiſſis adducere poſſem. In caſu tamen præmiſſo contrarium, & ſic pro negatiua cõcludendum eſt. Pro qua opin. negatiua eſt text. in terminis in c. penul. ibi. Vt pro ipſa cauſa noſtro ſe conſpectui præſentarent. Iun. ibi, tradi. per Abb. in 2. not. de iura. calum.

## SVMMARIVM.

*1 MOnitorij effectus quis præcipuus ſit?*
*2 Vindictam, vel condemnationē præcedere debet monitio.*

## QVAESTIO VI.

1 SEXTO quæro * quis ſit præcipuus & peculiaris effectus monitorij? Reſpōdeo, quòd ille eſt vt monitio, vel qd
2 æquipollens præcedere debeat * vindictam, ſupple tu, vel condemnationem ciuilem, ſeu criminalem, ſpiritualem, vel aliam, vt tam ex dictis in præcedentibus quæſtionibus, quam ex ſtilo Romanæ curiæ, quam etiam ex nunc citādis elici poteſt. Pro quibus adduco tex. in c. petimus. ibi. Vſque hodie commonitus & c. 11. quęſt. 1. c. digne. Iun. glo. in ver. admonitio. 12. quæſt. 2. c. ex literis. Iun. glo. in verſ. admonitio. 12. q. 2. c. ex literis. Iun. glo. in ver. cum moneas. de ſponſa.

*SVMMARIVM.*

*1 MOnitorium vnde originē habuerit?*
*2 Formula monitorij.*

Monito-

*1 Monitorium à Curia Rom. iam diu inuentum, ad reddendũ lites breuiores.*

## QVAESTIO VII.

SEPTIMO quæro * vnde originem 1
habuerit monitorium, de quo tracta
mus: & quę ſit monitorij formula, prę-
ſertim pro Rom. Cu. Reſpondeo, quòd
monitorij huius vſus, antiquus eſt: po-
tuit fortè originem habuiſſe à tex. Iun.
glo. vlt. in c. ex parte. 1. de ver. ſigni. Vbi
habemus * formulam monitorij vide- 2
licet, quãdo iudex præcipit alicui vt in-
fra tantum tempus ſoluat: aut compa-
reat ſub excommunicationis pœna. vt
etiam per Abb. ibi poſt num. 8. in 3. not.
qui glo. illam notabilem dicit pro praxi
Romana, & per eundẽ Abb. in c. 1. poſt
num. 6. de cau. poſ. & propri. ac per eun-
dem in ſua praxi cap. 2. nu. 3. per Anto.
Corſet. in ſingu. ſuis in ver. citatio, per
Maria. Sozi. de citatio. art. 21. & per Pa-
riſ. con. 113. vol. 4. Formulam monitorij
elicere poſſumus ex tex. in c. peruenit.
de fideiuſ. ibi, Moneatis eoſdem vt me-

morato R. pecuniam, quam pro eis ſoluit, reſtituãt: ipſumque ſeruẽt indemnem, alioqui de redditibus eorum prę ſcripta debita faciatis exſolui: & damna etiam, quæ propter hoc pertulit reſarciri, &c. Rurſus alia formula ſuper decimis perſoluendis habetur in clem, diſpendioſam. ibi, Ad eas præmoniti cenſura eccleſiaſtica coerceri. Iun. glo. in ver. præmoniti. de iudi. Et Lanfran. de Oria. in repet. dictæ cle. recẽſet praxim, & formulam Laud. in hæc verba monemus vos quatenus infra decẽ dies pro primo. Decem pro ſecundo, & decem pro tertio, & peremptorio termino ſoluere debeatis decimas de fructibus talium poſſeſſionum rectori talis parrochiæ: Alioqui ex nunc, prout ex tũc vos in iis ſcriptis ſententia excommunicationis innodamus. Formula monitorij moderni hæc eſt. De mandato R. P. D. Auditoris Cameræ, & ad inſtãtiam A. peremptoriè moneatur B. ſub excommunicationis, & 25. ſeu 100. nonnumquam 500. ducatorum auri de camera pœna, qualiter infra tres dies debeat re

aliter,& cum effectu reſtituiſſe, & ſoluiſſe A. ducatos 100. ſibi gratis, & amore aliàs mutuatos: vel cauſam quare ad id non teneatur allegaſſe, & probaſſe. Alioqui, &c. Et ſi ſenſerit ſe grauatum compareat, &c. Nouiſſimè autem quia Conc. Triden. abhorret, ac prohibet paſſim excommunicationes, etiam pro rebus minimis concedi, & infligi, ac cēſuras fulminari prout Seſſio. 25. in Decre. Refor. cap. 3. incipien. Quamuis excommunicationis gladius, aliter hodie monitoria regulantur, illaque cū clauſulis magis limitatis conceduntur. Et meritò concilium deſuper prouidit cū excōmunicatione nulla ſit maior pœna vt dicit tex. in c. corripiantur. 24. q. 3. & Rot. Caſſad. Dec. 5. nu. 5. de conſti. Ex ſtilo Rom. Cu. nuper reperto, poſt illa verba perēptoriè moneatur B. dicitur ſub mandati executiui, & in ſubſidium ſub excommunicationis, & 25. ducatorum pœnis quatenus, &c. Pœna item pecuniaria hodie applicari ſolet locis pijs tam ex forma Conc. Triden. quam ex iis; quæ habentur in c. cæterū & vo-

fuerũt. vbi Hoſt. Abb. & alij de offi. ord. & per Abb. in c. de cauſis. vlt. not. de offic. deleg. Formulam monitorii extra Rom. Cu. exequendi inuenies infra q. 44 vbi etiam declarabimus clauſulam illam. Et noſtris, immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Quòd monitorium de quo loquimur, (quod
3 infra citandi præceptum vocant) à Cu. Rom. iamdiu ad effectum * lites breuiores reddendi inuentũ fuerit, affirmat poſt Ioan. Mona. in c. vlt. de heret. lib. 6. Io. de Ami. de Vena. conſ. 133. facti ſeries. nu. 3. Aliquando in monitorio contra exiſtentes in Rom. Cu. apponitur etiam arreſtũ, de quo nunc tractabimus.

## *SVMMARIVM.*

1 *ARRESTI formula quæ ſit, & an arreſtũ ſit iuri, & rationi conſonũ?*

2 *Arreſtum decernitur contra eos, qui receſſuri ſunt.*

3 *Sequeſtratio perſonarum, & rerum prohibita eſt.*

*Captura perſonæ in ſe habet iniuriam.*

4 *Arre-*

4 *Arreſtum perſonæ quomodo fiat?*
5 *Arreſtũ cõceditur ex cauſa rationabili.*
6 *Arreſtorum duo genera.*
7 *Arreſtari, vel carcerari quòd quis poſſit pactum an valeat?*
8 *Cedere bonis, quòd quis non poſsit pactũ non valet.*
9 *Arreſtum quando quis in carceribus recommendatur.*
10 *Statutũ, quòd pro rebus ciuilibus in executione ſententiæ incipiatur à captura, non excludit cauſæ cognitionem.*

## QVAESTIO VIII.

OCTAVO quæro, *quæ ſit formula arreſti, de quo in proximè præceden. quæſt. & an huiuſmodi arreſtum ſit iuri, & rationi conſonũ? Quoad primum reſpondeo, quòd arreſti formula in monitorio hæc eſt videlicet. Et interim donec ſoluat: vel donec ſe examini ſubijciat. Donec reſpondeat poſitionibus, vel articulis: vel reſpondeat præparatoriis, puta an ſit heres, & pro quota parte, &c. vel donec quid aliud, ſup quo 1

monetur faciat, arreſtetur ne à Rom. Curia abſque ipſius iudicis monentis expreſſa licentia diſcedat, ſub pœnis, & cenſuris &c. Hanc arreſti formam iuxta Rom. Cu. praxim contra eos, * qui
2 receſſuri ſunt ponit Rot. 394. ſi ſuſpenſo. in no. vbi pulcherrima deciſio pro arreſto contra actorem non reſpondentē poſitionibus ſuper petitorio, illo iam ſuſpenſo. Eandemque praxim de qua ſupra: habes apud Cardin. nu. 5. in 3. oppo. ac Imol. nu. 5. & Boni. Vital. in clement. 1. nu. 22. in not. de hæretic. & Cardin. ſequitur Mil. in ſuo Repert. in ver. arreſtare. Quoad ſecundum videtur negatiuè reſpondendum eſſe, ſi enim * ſe-
3 queſtratio pecuniarum, ſeu bonorū, & rerum prohibita eſt. l. vni. C. de prohi. ſeque. per rationē de qua ibi in text. & in practi. Papien. tit. de forma ſeque. & per Fran. Curt. ſenio. in tracta. de ſeque. ſeu in repet. dictæ l. vni. in 2. not. nu. 6. vbi notat ſequeſtrationem omni iure prohibitam eſſe; & probatur in c. 2. de ſeque. poſ. & ibi per omnes. & per Guid. Papæ Decr. Delphi. 210. in prin.
Forti-

Fortius igitur prohibita cenſeri debet ſequeſtratio perſonæ. argum. text. in l. in ſeruorum. §. vlt. D. de pœn. l. 2. D. de ſta. homi. Bald. in l. per diuerſa. in 10. quomo. C. manda. vbi quòd nō facta liquidatione contra heredem ſicut res capi non poteſt, ita nec perſona, ſequitur Alexan. conſ. 188. col. 1. lib. 2. & Feli. in c. quia G. nu. 4. de iudi. Et adducitur ratio, quia captura perſonæ in ſe habet iniuriam, vt etiam voluit Roland. a Valle præfatos citans, & ſequens con. 21. in pręſenti, nu. 10. lib. 1. Hinc dicimus debitorem captum indebitè, vel iniuſtè tanquam ſpoliatū ante omnia ſuæ priſtinæ libertati reſtituendum eſſe nulla exceptione obſtāte. l. 2. C. ſi per vim, vel alio mo. l. ſi quis liberum. D. de proba. l. ius eius. C. eod. Et vulgatum eſt illud, carcerem eſſe malam manſionem, ad tex. & glo. in l. ſi hominem. D. depo. Hinc notatur in alle. l. in ſeruorum maiorem pœnam eſſe morari in carcere, quam laborare in agro, vel alio opere publico. Et carcerem ſpeciem eſſe tormentorum inquit Bald. in l. ſi clericus.

C.de epiſco.audien. & nota.in clem.1. de Hereti. Hinc eſt, quòd à captura perſonæ appellari poteſt, etiam de iure ciuili ſicut à tortura ſecundũ Bald.in all. l.ſi clericus.C.de epiſc.audien. dicentẽ ſingulariter, quòd licet aliàs à grauamine, vel ab interlocutoria ſit neceſſe appellare infra decem dies, & poſtea non poſſit, quia facit ius quantum ad partẽ, & tranſit in rem iudicatam glo.in l.2. D.de appel.recipi.& eſt tex.in c.cõcertationi, de appel.lib.6.& in c.cùm dilectus.de electio. Tamẽ etiamſi infra decem dies à die decretę capturę, vel à die carcerationis nõ appellaſſet, poſſet quãdocunque appellare, quia de præſenti, & ſucceſſiuè ſemper grauatur ſecũdum Bal.in alle.l.ſi clericus: quãdo enim grauamen eſt ſucceſſiuũ, & habet cauſam continuam numquam currit tempus decem dierum ad appellandum, & ſemper quis dicitur eſſe infra decem dies, pro quo adduco tex.in l.1.in fin. D.de vſufru.accreſcẽ. Diſtinguere poſſumus
4 quòd* aut arreſtum perſonæ fit, vt in quadam domo, ſeu in quodam palatio

aſſer

aſſertus debitor maneat, & hęc eſſet ſpecies, vel ſimilitudo carceris, prout per Doct. in alle. cle. 1. de heret. Vel etiam arreſtum fit vt præmiſi, ne quis ab vrbe diſcedat, & abſque rationabili cauſa, & procedant quæ ſupra dicta ſunt.

* Aut arreſtum conceditur ex rationabili cauſa, puta propter dilapidationis ſuſpitionem, vel propter ſuſpitionem fugæ, vel ex aliis ſimilibus, ſeu vrgentibus rationibus, & tunc arreſtum huiuſmodi licitum, iuri conſonum, & rationabile cenſendum ſit, prout per omnes ſupra citatos, maximè ſi illa quatuor concurrant, prout per Gui. Papæ Dec. Delphi. 246. incipien. Iudex non debet, Immo creditor fugientem debitorem iure inſequi poteſt, & ab eo pecuniam ſibi debitam extorquere. iuxta tex. in l. ait prætor. §. ſi debitorẽ. D. de his, quæ in frau. credi. pro quibus, & quòd arreſtum fieri poſſit etiam lite pendente: & quòd non impediat, vel retardet negocium principale. vide Rip. reſpon. 116. incipien. quia arbitror, ſub titu. de excep. & reſpon. ſequen. Vt arreſtorum 5

pleniorem notitiam habeas, ſcias quòd
6 *arreſtorum duo ſunt genera, alterum eſt legis, alterum hominis, de arreſto hominis hactenus loquuti ſumus. De arreſto autem legis habes tex. in l. vni. cir. prin. vbi cauetur, quòd iudices tam ciuiles, quam militares debeant ꝑ quinquaginta dies poſt depoſitam adminiſtrationem remanere in locis vbi adminiſtrarunt, nec interim inde diſcedere. C. vt om. iudi. tam ciui. Idem etiam cauetur in l. cōſiliarios, quæ ampliat præmiſſam diſpoſitionem ad cancellarios iudicum, & alios domeſticos. C. de aſſeſſo. Et de vtroq; arreſto Oldra. con. 65. Hic agitur, in prin. vbi etiam arguit de vno arreſto ad alterum: ſubdens, quòd rumpens arreſtum comparatur rumpēti carcerem. Hodie per ſtatuta locorū tempus remanendi in loco geſti officij ſolet reſtringi ad dies 15. vel circa, ne officiarij depoſito officio vacui diu remaneant: & expenſis inſupportabilibus vexētur,
7 *pactum, ꝙ quis arreſtari, ſeu carcerari poſſit ſine miniſterio iudicis, quod non valeat, ſecus ſi cum iudicis miniſte-

miniſterio, vide per Bart. Ange. vtrũq; Imol. Roma. & alios in l. alia. §. eleganter. D. ſolu. matri. per Ang. in l. ſi vnus. §. pacta. D. de pact. & in auten. vt non fiant pigno. in fin. Et quòd per pactũ non poſſit quis ſe obligare ad carceres voluit ſingu. Ange. in l. nemo poteſt. col. 1. per illum tex. D. de lega. 1. An per clauſulam de communi ſtylo per tabelliones in inſtrumentis inſeri ſolitam videlicet, quòd creditor poſſit propria auctoritate, vel iudicis capere debitorem deueniri poſſit ad dictam capturam abſque iudicis miniſterio, videatur Ange. in dicta l. nemo poteſt. vbi inquit. Nam ſuperfluo occupat membranas ſtilus ille tabellionum. Quod dictum pro ſingu. commendat, & ſequitur Alex. in alle. l. alia cauſa. §. 1. D. ſolu. matri. col. 4. verſ. in hoc ergo. Et ibidem addit ſingulare dictum Inno. ac Hoſtien. & glò. in cap. P. & G. de offic. dele. vbi volunt clauſulam non valere, quòd ſi in termino debitor non ſoluerit, poſſit excommunicari citatione, & contumacia non præcedente, & ſic non

ſeruata forma.c.ſacro. de ſenten.excõ. Et conſuluit Bal.conſi.80.incipien.clericus.lib.2.clericum nõ poſſe ſe per pactum obligare ad perſonalem detẽtio-
8 nem iudicis ſæcularis. Prout etiam,* ꝙ quis bonis cedere nõ poſſit pactum nõ valeat, voluerũt Paul.Caſtr.in l. Titio centum.§.Titio centum. D.de condi, & demon. Alex.con.37. viſo, & opportunè.col.2.ver. Tertio videtur, ꝙ dato.lib 2.de quo per Catell.Cott. in ſuis Memoria.in ver. ſolui nõ poteſt aliud. ver. Ex iſta regula dicebam poſſe inferri.& per Anto.Galleſ.quæſt.4.& 6.par. 2.ad 3.par.obliga. Cameræ Apoſtoli. etiam ſi in pacto, vel obligatione appoſitum ſit iuramentum.Bal. in auten. ſacramenta puberum. C.ſi aduer. vendi. Alexan.in præalle.§.eleganter. & hanc teſtatur communem Alcia.in c.cũ contingat,nu.69.de iureiur. In pacto, ſeu conuentione, quòd debitor capi poſſit (nõ dico per ipſum creditorem,ſed per curiam,ſeu ſatellites) aliquando apponuntur verba hæc videlicet vnica tantũ citatione,ſeu monitione præcedente:
Aliquan-

Aliquando verò Nulla monitione, vel citatione præcedente: in ijs caſibus ſumus in claris quādo citatio requiratur, ſeu monitio, vel non. Conuentio enim ſeruāda erit. l. 1. D. de pact. c. 1. de Treg. & Pa. At ſi ſimus in dubio quia nil expreſſum ſit, niſi quòd debitor capi poſſit, videretur dicēdum, quòd id quod reo fauorabilius, ſeu minus dānoſum, & iniurioſum eſt, ſequi deberemus, argumen. text. in l. ſemper in obſcuris. D. de reg. iur. & in l. ſemper in ſtipulationibus. eod. tit. & ſic ꝙ capturam præcedere deberet citatio, vel monitio, quia etiam vrbanius hoc eſſet, & hoc multi ſeruant. Multi verò contrarium affirmant, & ſæpe contrarium ſeruari vidi. Vrgens ratio pro hac ſecunda opin. & obſeruātia eſt, quia aliàs ludibrio eſſet verba illa, ac licentia de capiendo debitorem, & nihil operaretur contra text. in l. ſi quando. D. de lega. 1. nam ſi requireretur citatio pro tali captura, eſſet inſtruere debitorem ad fugam parādam. Et quòd non requiratur citatio, voluit Bald. in l. cunctos populos. C. de ſum. trini.

trini.per tex.in l.ſi hac.§.prætor ait. D. de in ius vocan.& ibi per Modern.Hinc dicũt docto.in l.ſi ſic. D.de lega.1.quod ſi ſecundum formam ſtatuti debitor poteſt capi ad volũtatem creditoris habentis inſtrumentum guarẽtigiatum, ſeu confeſſionatum, tunc non requiritur, quòd præcedat citatio. Nec tunc videtur tolli defenſio, ſed præpoſterari cognitio, & ſic ipſa defenſio. Et ita obſeruari ſuper ſtatuto Florentino dum eſſem Rotæ Florẽtinæ Auditor. Aliud
9 etiã * arreſtum hominis Romæ, & alibi frequentiſſimum eſt, quando quis carceratus fuit ad vnius inſtantiam ex vna cauſa, & ad alterius inſtantiam recommendatur, ſeu confirmatur in eiſdem carceribus ex alia cauſa, qui quodãmodo ſequeſtratur, de quo per Bar. in l.2.ad fin. D.de cuſto.exihi.reo & in quæſtione incipien. Lapus. De arreſto hominis poſt monitorium, ſeu præceptũ, & poſt cõtumaciam, & quòd ſit iuri conſonum, vide Io.de Ami.de Vena. in præalle.conſ.154.facti ſeries. poſt nu. 3.ver.Igitur potuerunt arreſtari. Nõ tamen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0056-6

mẽ omittam aduertere, quòd adeò inhumanum videtur pro rebus ciuilibus à perſonæ captura incipere, vt ſtatutũ illud, * ꝙ ſententiæ de facto, etiã incipi 10
endo à captura perſonæ, executioni demandentur non excludat cauſæ cognitionem, vt voluit Ange. in l. ſi ſic. D. de lega. 1. vide etiam Sozi. conſ. 66. nu. 8. & ſeq. vol. 4.

## *SVMMARIVM.*

1 *ARreſtatus illicentiatus recedens an poßit illico excõmunicari abſque alia citatione.*

2 *Excommunicatio ſub cõditione propter appllationem ſuſpenditur.*

3 *Lex animata, & inanimata eiuſdẽ ſunt potentiæ.*

4 *Arreſtati à lege.*

5 *Arreſtati à Principe.*

6 *Arreſtũ frangẽs, carcerẽ fregiße videtur.*

## QVAESTIO IX.

NONO quæro * Arreſtatus in Rõ. 1
Curia. illicenciatus recedit, an poſſit illico excommunicari: Vel excom-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0057-2

municatus declarari abſq; alia citatione? Opi. affirmatiua cõprobari videtur ex formula arreſti, de qua in prin. proximè præced. q. vbi quis arreſtatur ſub excommunicationis pœna ne diſcedat à Rom. Cu. niſi prius reſponderit poſitioni, vel aliud fecerit: eo igitur ipſo, quòd contrauenit, ipſo facto excõmunicatus eſt: ergo alia citatio, vel monitio requiri non debet. iuxta tex. in c. reprehenſibilis. Ibi. Niſi fortè talis ſit culpa, quæ ipſo iure gereret ſuſpẽſionem, & c. de appel. & ibidem glo. in ver. ipſo. ac Ioan. And. & alij. Pro hac opin. videtur etiam tex. in c. præterea. 2. eod. titu.
2 de appel. vbi ſententia * excommunicationis ſub conditione ſuſpenditur; ſi ante conditionis euentum fuerit appellatum, ergo ſi non appelletur, prout in caſu noſtro, aliud dicendum erit, & ſic ſtatim, vel elapſo termino, vel impleta conditione, vel conſtito de contrauentione, quis excõmunicatus eſt, iuxta communem ſententiam, prout per Lap. Alle. 73. per D. meum Phil. Dec. 145. conſ. incipiẽ. quæritur. nu. 2. & ſeq.

&

& alios, quos addo dictam Alle. Lapi.
73 Amplius* lex animata, & inanimata 3
eiuſdem ſunt potentiæ. §. vlt. in auten.
de conſul. Oldra. conſ. 65. Hic agitur.
cir. prin. vbi arguit de arreſto legis, ad
arreſtum principis: ſed arreſtati à lege
habentur pro confeſſis, ſeu conuictis*
l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. §. ſi verò ſe- 4
mel. & ibi glo. in ver. factum ponderat
illum tex. contra famulos fugientes, in
auten. de exhiben. & introdu. reis. Sic
& *arreſtati à principe, vel eius mini- 5
ſtro pro confeſſis pariter haberi debẽt.
At contra confeſſos nullæ ſunt partes
iudicis, niſi in exequendo l. 1. & toto tit.
D. de confeſ. c. 2. eod. tit. lib. 6. Et* arre- 6
ſtum frangens carcerem fregiſſe vide-
tur, qui pariter pro confeſſo habetur, &
puniri debet. l. in eos. D. de cuſto. reo.
& Oldra. vbi ſuprà, vbi plura ad rẽ no-
ſtram, Videantur etiam Ioan. And. in
addi. magna in fin. ad ſpecu, in tit. de
præſumptio. §. ſpecies. & Nicel. in 52.
concor. glo. in 98. fallen. plura alia pro
hac opin. affirmatiua adducere poſſem,
quæ breuitati ſtudẽs, miſſa facio. Con-

cludo

cludo veriorē, tutiorem, & humaniorem eſſe ſententiam pro opin. negatiua, quā in terminis noſtris tenuit Rot. 822. ſciendum eſt, quòd quādo aliquis, in anti. vbi quòd requiritur citatio per audientiam cōtradictarum. Et pro hac opi. vide quæ latè ſcribit Barth. Sozi. in ſuo conſ. quod eſt 20. inter con. Cur. ſenio. poſt nu. 17. verſ. ſed infra facillimā, & ibidem in alijs locis

## *SVMMARIVM.*

1 *ARreſtato qualiter conſulatur.*
2 *Perſonæ qualitas conſiderari debet.*
3 *Sequeſtrum data fideiuſsione reuocatur.*

## QVAESTIO X.

1 DECIMO quæro * arreſtato qualiter conſulatur? reſpondeo, quòd neget monitorium, procuratorē conſtituat, de arreſtarique inſtet. Quòd obtinebit in terris eccleſiæ, ſi is bona in dictis terris eccleſiæ poſſideat. Vel ſit perſona eccleſiaſtica, quę ratione bene-

ficiorum

ficiorum ad vrbem quandocũque re-
uocari, vel ſaltẽ vexari poſſit: vel ſit ali-
as perſona bonę cõditionis, opinionis,
famę, dignitatis, & exiſtimationis. arg.
tex. in l. teſtium fides. verſ. Tu magis ſci
re potes. D. de teſtib. in l. fortiſſimis. v-
bi glo. & Bar. C. de mili. teſtib. lib. 12. &
per Corſet. in ſuis ſingu. in ver. condi-
tio perſonæ, vbi * quòd ſemper conſi- 2
derari debet conditio, & qualitas per-
ſonæ. Ex iis, & aliis, quæ adducebam de
arreſtari aliàs obtinui Reuerendiſſimũ
D. Franciſcum Piſaurum Patriarcham
Conſtantinopolitanum ad inſtantiam
cuiuſdam Aloiſij Nigri eiuſdem D. Pa-
triarchæ negociorum geſtoris, prætex-
tu prætenſæ mercedis arreſtatũ. Et pro
eodem D. Patriarcha, quòd etiam non
teneretur fideiuſſorem præſtare, ſeu a-
liàs cauere occaſione litis, dicebã eſſe
text. in terminis. in §. ſi quis verò. verſ.
Pro omnibus autem cauſis. in autẽ. de
ſanctiſſi. epiſco. Aliud etiam remediũ
ſeſe offert, vt arreſtatus aliquem breuẽ
terminum aduerſario ſtatui faciat ad
probandum quicquid vult, & poteſt.

quo lapſo, & nō docto de arreſtationi, & liberationi locus ſit: qui ſic dearreſtatus immunis, & in ſua priori libertate, & poteſtate erit eūdi quo voluerit. Adnerſario enim imputandum erit, ſi tēpus ſibi præfixum labi paſſus ſit, ad tex. in l. ſed & ſi per prætorem. verſ. Sed & ſi dum decreto. & ibi glo. in ver. decreto. D. qui ex cau. maio. Vel denique ſi om-
8 ne aliud remedium ceſſauerit, inſtet* reuocationem ſequeſtri, ſeu arreſti data fideiuſſione obtinere, vt p Cyn. Bald. & alios in allc. l. vni. C. de prohi. ſeque. ac per canoniſtas in c. 2. eod. in praxi Papien. de forma ſequeſtri. nu. 5. verſ. Deinde quæritur an hæc ſequeſtratio. per Iafre. Dec. 240. incipien. ſequeſtrum regulariter, & ad hæc Docto. citat, & hanc communē eſſe teſtatur. Dic igitur Arreſtatus ſi aliter liberari non poſſit, cautionem preſtabit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, ſtatimque arreſtatum tolletur. Hæc tamen limitabis, niſi is, q dearreſtari petit, obſtinatè, vel calūnioſè differat, vel ſubterfugiat iuſto, ac rationabili iudicis mandato parere. Vnde

de propter denegationem, ſubterfugium, vel etiam dilationem, poſſet facilè cauſæ, vel negocio alicui detrimētum, vel quid ſiniſtri parari: puta ſi quis arreſtatus fuerit ex quo materias, ſeu articulos medio iuramento ſpecificare recuſauerit (hoc tamen rarò eueniet, alia. n. via prouidetur, videlicet ne admittātur articuli niſi ſpecificatis materiis, & ne teſtes recipiantur) vel, iuramentum calumniæ ſubire noluerit: ſeu poſitionibus per verbum credit, vel non credit reſpondere: vel in aliqua cauſa examini ſe ſubijcere. Aut in aliquo ex infinitis caſibus, in quibus alicuius præſentia, vel actio requiratur. Tunc nullo modo dearreſtabitur: immo cōtra ipſum iuxta facti contingentiam procedetur, iura enim quoad fieri poteſt ftaudibus, malitiis, calumniis, & contumaciis occurrunt. ad l. ſi cui, ibi, Per medias vias. D. de ſeruitu. l. in fundo.. vbi gloſſ. dat concordan. D. de rei vindi. c. 1. de iudi. Cardi. in clē. 1. in 3. not. de re. pmu. c. calūniā, de poe. cū vulga. Limitari etiā poteſt ꝙ diximꝰ ſequeſtrū rei, vel pſonę tol 5



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0063-5

li præſtita fideiuſſione, nõ ꝓcedere quã do ſequeſtratio perſonæ. vel rerũ emanaſſet cauſa cognita, nõ ad effectum vt debitor ſatiſdaret, ſed vt ſolueret, tunc illa reuocari non debet per præſtationẽ fideiuſſionis, ſed per realem ſolutionẽ, per regulam l. ſi pecuniæ. in fin. D. vt in poſſeſſ. lega. quem tex. ad hoc multum commendat Bar. in l. conſentaneum poſt nu. 15. verſ. Ideo enim facta eſt miſſio. C. quomo. & quan. iud. & in ſpecie ita concludit Bero. in c. quoniam contra nu. 158. verſ. Quando verò ſequeſtratio bonorũ, & perſonæ, de proba. Quatuor limitationes quando ſequeſtrum data cautione reuoçari non debeat, ponit Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. vlt. poſt nu. 17. D. qui ſatiſ. cogan. Et Feli. quinque in c. examinata, col. 7. de iudi.

*SVMMARIVM.*

1 *QVæ differentia ſit inter monitoria ſine clauſula ſi quis ſenſerit, & in quibus ſunt cõminatæ cẽſuræ. Ex nunc & c. & monitoria cum dicta clauſula.*

*Et*

*Et ferendæ ſententiæ.*

## QVAESTIO XI.

VNdecimo quæro * quæ differentia ſit inter monitoria ſine clauſula, ſiquis ſenſerit ſe grauatum compareat, &c. & in quibus ſint comminatæ cenſuræ ex nunc, prout ex tunc, & latæ ſentẽtiæ excommunicationis: ac monitoria ferendæ ſentẽtiæ, ac cum clauſula ſi qs. Reſpondeo regulariter (vt tangam infra q. 17.) cum illa clauſula decerni ſolẽt monitoria præſertim Romæ, & ſic ſine cauſæ cognitione quando videlicet apponitur clauſula ſi quis, quo caſu Rota (prout Dec. Achil, ſub titu. de Monito, in cauſa Egitan. de menſe octob, 1549.) concluſit non eſſe neceſſariam monitorij reintegrationem, ſed ſufficere obſeruationem quatuor terminorũ contra ſic monitum, Pro quatuor terminis ſimilibus videre poteris Feli. in c. ad ꝓbandum, poſt nu. 6, de re iudi. & Caſſa. Dec. 6. nu. 10. de cau. poſſeſ. & proprie. & poſtea deueniri debere ad declarato- 1

riam: ſecus verò dixerunt in cauſa Albricen. penſion. vt Dec. ſeq. dicti Achil. eod. tit. in monitoriis in curia, quę fiũt ſub pœna excõmunicationis ferendæ ſententiæ: quo caſu neceſſaria eſt citatio ad videndum ſe excõmunicari quia non paruit monitorio,

## *SVMMARIVM.*

1 *Auditor Cameræ an via monitorij, uel alia in cauſis beneficiarijs procedere poſsit?*
2 *Auditor Cameræ non habet iuriſdictionẽ in cauſis beneficiarijs, & ſpiritualibus.*

## QVAESTIO XII.

1 DVodecimo quæro * an Auditor Cameræ via monitorij, vel alia in cauſis beneficiariis procedere poſſit? Re-
2 ſpondeo negatiuè, Auditor * enim Cameræ non habet iuriſdictionẽ in cauſis beneficiariis, & ſpiritualibus. Rot. Bellame. 210. in cauſa, & 305. incipiẽ. in cauſa mea. Rot. in no, 336. & ad alia, quę adduco in 4. q. 31. Reg. cancel. nu. 2. & ſeq.

&

& apparebit ex infra dicendis. Verum hodie in facultatibus Aud. Cameræ inter alia adſunt hæc verba. Nec non omnes, & ſingula ſpirituales, & eccleſiaſticas. & prophanas: vnde argui poſſet pro affirmatiua præſertim ponderatis illis verbis, omnes, & ſingulas, omnia includentibus, & nihil prætermittentibus, ad glo. in c. vt circa. §. vlt. in ver. omnia, & ſingula. de elect. lib. 6. Bald. in l. ſi cui. §. ſi filio. D. de lega. 1. Alex. con. 17. lib. 3. & per alios, quos cito. in 2, qō. 31. Reg. Cancel. nu. 2. ſubſiſto igitur, nec quid ſentiam hic declaro.

## *SVMMARIVM.*

1 *Auditor Cameræ an monitorium decernere poſsit, vt quis poſseſsionē beneficij dimittat, vel de titulo doceat.*

2 *Turbatores qualiter reprimi poſsint.*

3 *Rex poſſeſſoriū in beneficialibus cognoſcere poteſt.*

## QVAESTIO XIII.

TErtiodecimo q̄ro * an Aud. camerę monitoriū cōtra aliquē decernere 1

poſſit, vt poſſeſſionem beneficij dimittat, vel de ſuo titulo deceat? Diſtinguerem ſic. Aut monet alienæ poſſeſſionis turbatorem, & affirmatiuè reſpondere
2 *contra prædones enim, aut turbatores quilibet procedere, illosque reprimere poteſt. l. in re communi diuidunda. §. inter prædones. D. commu. diui. per quem tex. & alia iura, quæ adduci voluit Bald. conſ. 337. ſtatutū quo. poſt prin. ver. ſed eſt conſiderādum volum. 5. ſtatutum in fauorem poſſeſſoris non prodeſſe turbatori. Aut monet poſſeſſorem, & Bald. in dicto conſ. 337. nu. 2. & conſ. ſeq. quærit, an valeat præceptū iudicis factum alicui, quòd dimittat poſſeſſionem, vel doceat de titulo: cōſiderari poteſt, quòd nō ſolū Auditor
3 Cameræ, immò etiam *Rex, vel iudex ſecularis procedere poteſt ſuper eccleſiaſticis in concernentibus factum, & in poſſeſſorijs. Bald. in l. omni. vbi etiā Alex. in Apoſtil. in ver. in fine, ad fin. ver. Et ideo in poſſeſſoriis ſecularis ſe intromittit. C. de ſacro. eccle. & in l. filium diffinimus. D. de his, qui ſunt ſui,
vel

vel alie.iur. Ange.in diſputatione, Aſtē=ſis miles.Fede.de ſen.conſi.97. facta eſt lex. Bar.in l.quoties.& ibidem Iaſ.nu.6. C.de iudi.Idem Bar.in l. Titia. D.ſolu. matri.in lectu.antiqua. Abb.in c.cũ ſit generale.col.6. vbi hãc magis cõmunẽ putat,de for.cõp. Alex.in præal,l.Titia. col.4.D.ſolu.matri. Paul.de Eleaza.in clem.1.de vſur.Anto.de Bur. & Cardi. in c. tuam.de ordi.cogni.Abb.in c.literas.col.3.ad fin.de iura.calum. Gui.Papæ Dec.1.& 71.ac 85.Anto.de But. Cardin.& Felin.in c.cum ſit.col.3.de fo.cãpe.Capi.Dec.Neap.7.in cauſa.nu.2.Afflit.Dec.2.& Dec.24.num.9.Iafre.Dec. 274.incipiẽ.queſtio nudi, & meri poſſeſſorij.Rip.reſpon.35.aliàs vlt.de reſcr. vbi ad id alios citat. & nu.2. hanc communem dicit,lib.2.Idẽ Rib. ſuper rub. de iudi.nu.90.& in l. naturaliter, §. nihil commune.nu.19. D. de acqui. poſ. Boer.Dec.79. nu.13.Gramma. Dec.78. Igneus in l.neceſſarius.in §.nõ alias. in 2.par.D.ad ſyllania.Guig.Bene.in c.Rainuntius. in ver. & vxorem nomine Adelaſiam.nu.9.de teſta.Et videmus paſ

ſim Reges, Duces, & dominos quoſcũque temporales, vel ſeculares circa poſſeſſionem beneficiorum concernentia ſe intromittere. Ego plura olim adducebam pro contraria opin. quam tenuerunt idem Bar. in l. Titia. D. ſolu. matri. qui variauit. & Bald. qui etiã varius fuit. in l. quoties. C. de iudi. Idem etiã videtur ſentire, idem Bald. conſ. 169. per ſtatutum terræ Gualdi. col. 1. ver. Quæ exceptio vſuraria contra hæbreum, lib. 2. Verum ne quis decipiatur limitanda ſunt præmiſſa vt nõ procedant, quando cauſa poſſeſſorij: ſeu mera ipſa poſſeſſio, vel merum factum videnda, ſeu tractanda, vel videndum, ſeu tractandum, ſit inter clericos: tunc enim laicus nullo modo ſe intromittere poteſt. Anto. de But. Abb. & alij cõmuniter in c. literas. de iura. calum. & nouiſſimè Aegid. Boſſ. in ſua praxi crimi. tit. de principe. nu. 211. ſed qa vt mihi relatum fuit cauſa ſuper qua ſcripſi, adhuc pendet vltra non procedo: alibi forſan hæc plenius tractabo. Interim ſcias, quòd quoad ius & proprietatem rei ſpiritualis, & eccleſiaſticæ

ſiaſticæ laicus nullo modo ſe intromittit, nec principaliter, nec incidēter. c. tuam. de ordi. cogni. Abb. col. 3. in præal. c. literas. ver. Mere ſpritualis. Boſſ. vbi ſupra. nu. 210. Quod Aud. Cameræ hodie poſſit indiſtinctè monere, & procedere concludo per ea, quæ alibi dixi, præſertim ex ampliſſimis ſuis facultatibus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Auditor cameræ monitorium an decernere poßit ſuper fructibus occaſione decimarum?*
2 *Prophanæ cauſæ quæ dicantur.*
3 *Decimarum cauſa, quòd ſit ſpiritualis.*

## QVAESTIO XIIII.

DEcimo quarto Aud. Cameræ proceſſit via monitorij in fauorē A. rectoris eccleſiæ B. decreti cōtra C. rectorem eccleſiæ D. in Rom. Cu. degentē ſuper reſtitutione fructuum perceptorum ratione decimarum prouenientium in termino de Montagna, quas

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0071-9

vterque ad ſe ratione ſuæ eccleſiæ ſpe-
1 ctare aſſerebat* quæro an monitorium decernere potuerit, ita vt validè pceſſũ fuerit? Pro parte affirmatiua duo ponderari poſſunt, quorum alterum eſt, ꝙ hęc cauſa erat prophana, quia agebatur ſuper fructibus occaſione decimarum prouenientibus,* & illę dicuntur cau-
2 ſæ prophanæ, quæ in clem. diſpendioſã de iudi. expreſſæ nõ ſunt, vt per Caſſad. Dec. 1. eod. tit. Alterum eſt, quòd monitus erat in Rom. Cu. Romæ autem quilibet moneri, vel citari poteſt. quippe quę communis ſit patria, iuxta text. in l. Roma communis Patria. D. ad munici. in l. 2. §. omnes. & ibi Doct. D. de iudi. & in cap. vlt. de fo. compe. Contrarium concluſerunt Domini de Rota in conchen. Decimarum inter Martinum Ximenez, & Marcum de Parada, Conſiderarunt enim in caſu, de quo ſupra actorem fructus decimarum petere non potuiſſe, niſi quia decimæ debeantur ſuæ eccleſiæ, & ſic, quòd agebatur non ratione perſonarum, & debitorũ, ac creditorum ipſorum litigãtium: ſed ratione

ne ſuarum eccleſiarum, quibus prætē-
ditur decimas deberi, quæ eccleſiæ ſub
iuriſdictione Auditoris Cameræ nō e-
rāt, & ſic potuiſſet per rectores ita agen
tes perpetuum præiudicium eccleſiis
ſuis inferri: & propterea Domini fue-
runt pro nullitate. prout Decr. Ptolo.
114. incipien. Conchen. Decimarum * 3
cauſa autem decimarum, quòd ſit ſpiri
tualis, & in alle. clem. diſpendioſam cō-
prehenſa ſi inter eccleſias, vel perſonas
eccleſiaſticas agatur, probat Rot. 433 fu
it dubitatū vtrùm ſi agatur. in no. Ho-
die habemus facultates, ac priuilegia
Auditoris Cameræ, & illorum tenorē
ſeruare debemus. cap. accipimus, & c.
ſeq. de fi. inſtru. c. cùm plantare, ver. fin.
cap. porro, & c. petiſtis, de priuile. Rot.
Caſſa. 1. in fin. cod. Verba autem priui-
legiorum ſunt, quæ poſui ſupra ad fi. q.
12. quòd poſſit cognoſcere omnes, &
ſingulas cauſas ſpirituales, eccleſiaſti-
cas, & prophanas.

*SVMMARIVM.*

1 Roma-

1 *Romani an coram Auditore Cameræ cõ- ueniri poſſint?*
2 *Romani ab alio, quam Cæſare iudicari non poſſunt.*
3 *Romanos laicos trahi non debere ad curiam eccleſiaſticam.*

## QVAESTIO XV.

1 DEcimoquinto quæro * an Aud. Cameræ via monitorij, vel alia contra Romanos procedere poſſit? Pro opin. affirmatiua concludendũ videtur. Nã ſicut prius omnis huius vrbis poteſtas, & iuriſdictio in Imperatorem tranſlata erat. l. vni. D. de offi. præfe. præto. ad Im-
2 peratoremque ſpectabat, * ac Romani ab alio, quam Cæſare iudicari nõ poterãt, prout tam ex hiſtoriis notiſſimis, q̃ ex ipſis legibus, ac ex ſacra pagina videre eſt in perſona diui Pauli, prout actuum, cap. 22. ad fin. Dic mihi ſi tu Romanus es, & c. & 25. Dixit autem Paulus, ad tribunal Cæſaris ſto, ibi me oportet iudicari, & poſtea. Tunc Feſtus cum conſilio loquutus, reſpondit Cæſarẽ appel-

las,

las,ad Cæſarem ibis, cum ijs, quæ ſequuntur, & per Diuum Thomam.2.2. queſt.69.art.3.de quo etiam per Oldra. conſ.89.Epiſcopus. poſt num.3. Hodie Roma, & Romæ iuriſdictio omnis ad ſummum Põtificem ſpectat, vt omnes norunt: & Boni.VIII. interlocutus eſt, nullum Romæ præter Papam iuriſdictionem ordinariam habere, vt refert Archid.in c. experientiæ verſus. fin.11. quæſt.2. Et Papa nuncupari etiam poteſt Imperator Apoſtolicus.c.Conſtantinus.1.& 2.96.diſtin.Hoſtien. in c.per venerabilem colum.8.in ver.imperio. qui fil.ſint legi.Bal.in l.1.col.1.verſ. Tertio dico.C.de ſum.trini. Auditor Cameræ, Auditor eſt generalis ipſius Papæ, vt ex ipſius facultatibus apparet: ſequitur,quòd ſicut Papa cognoſcit inter Romanos, ita ipſius Auditor generalis cognoſcere poſſit. In contrarium eſt veritas, quòd immo ipſe Auditor cauſas Romanorum audire,& terminare non poſſit, prout concludit etiam Gemini. conſi.149.primo circa.num.1. vbi etiã, quòd Papa ſępè declarauit nolle * ciues

Romanos, laicos trahi ad curiam eccle ſiaſticam, cùm ſit ſeorſum ſenator poſitus per eum in vrbe pro cauſis laicorũ. De cuius ſenatoris officio tractatur in 1. lib. ſtatutorũ vrbis. Et habemus motum proprium in fauorẽ Romanorum. Et indies citari videmus ſubuertere tẽtantes iuriſdictionem capitolinam, ad dicendum cõtra motum proprium populo Romano conceſſum: & illius vigore videndum reaſſumi cauſã in curia capitolina, & inhiberi, &c. Fallit niſi ꝓcedatur in vim obligationis in forma Cameræ. De quo tamen, & quando, & quomodo hoc procedat, alibi tractandum erit. Interim in hoc reſideo, & hoc iure vtimur, quòd ſi expreſsè, vel tacitè partes coram ipſo Aud. Cameræ conſẽtiant validus ſit proceſſus, quòd ſi Romanus monitus, vel citatus ad curiam Capitolinam recurrat, cauſamq; reaſſũmi faciat, ceſſet Audi. Cameræ iuriſdictio.

*SVMMARIVM.*

1 *PRiuatio beneficiorum non debet appo-*

*nitim*

*ni in monitorio.*

2 *Vacatio de iure, & de facto requiritur, vt impetratio ſit bona.*

3 *Probatio vera quando dicatur?*

4 *Excõmunicationis ſententia nõ tranſit in rem iudicatam.*

# QVAESTIO XVI.

DEcimoſexto Auditor Cameræ inſtante fiſco ordinaria auctoritate, & vigore Bullæ in cœna Domini monitorium decreuerat ſub ſententiis, cẽſuris, & pœnis, ac priuatione beneficiorum contra Petrum Loteſos ad cõparendum perſonaliter ad ſe purgandum de nonullis exceſſibus, & delictis: contra quem non comparentem procurator fiſcalis procedi per audientiam contradictarum, & deinde pronunciari obtinuit, ac declarari dictum Petrum incidiſſe in ſententias, cenſuras, & pœnas in dicto monitorio contentas: quæ ſententia nulla prouocatione ſuſpenſa in rem tranſiuit iudicatam Iohannes Morales impetrauit hoc beneficium,

illud per priuationem vacare præten-
dens: comparuit deinde Petrus coram
dicto D. Auditore Cameræ, vt ſe expur
garet, & citato fiſco obtinuit ſe abſol-
ui à ſententiis, cenſuris, & pœnis in di-
cto monitorio contentis. Quæro * an
1 Petrus abſolutus ſuum beneficium re-
cuperare debuerit? Hic plura diſcutien
da venirent; verum quia caſus iſte in ſa-
cro Rotæ Auditorio (me etiam pro Pe-
tro interueniente, & plura pro eo in iu-
re adducente) propoſitus, & deciſus fu-
it, ipſum Rotæ decretum hic ſubijcien
dū putaui. In annotationibus bon. me.
Hiero. Nouati hæc ſunt Deciſionis ver
ba. Die veneris 9. Martij. 1548. Rota re-
ſoluit nullam rationem habēdam eſſe
dictæ prouiſionis impetratæ per priua-
tionem ex allegatis: & quia monitoriū
non debet fieri ſub pœna priuationis
beneficiorum. Et R. D. Decanus man-
dauit dicta verba priuationis beneficio
rum ſemper eſſe delēda de monitorijs.
Bon. mem. Achilles de Graſſis hoc mo
do annotauit. Dixerunt Domini in v-
na Barchionen. coram Nouato, quòd
abſo-

abſolutus debet recuperare ſuũ beneficium: tum quia ſententia incidiſſe in pœnas priuationis, nõ bene priuat. per Feli. in c. inquiſitionis. ante nu. 8. de accuſa. & Biſigne. Dec. vlt. de re iudi. Item quia talis abſolutio declarauerat omnia eſſe nulla. Dixerũt etiã Domini eſſe multũ aduertendũ, ꝙ licet quãdoq; declaremus aliquem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio, deberemus cancellare pœnã priuationis. Cõtra impetrationẽ Io. Morales dicebam, quod ad hoc vt impetratio beneficij eſſet bona * requirebatur vacatio de iure, & de facto, vel ſaltem de iure, vt latè tractat Staphi. ſuper ſigna. fol. 77. & ſeq. ac fol. 166. & ſeq iuxta primã impreſ. Rebuff. ſuper Concor. de Regia ad præla. nomina. §. monaſteriis. in ver. vacãtibus. At in caſu præmiſſo aſſerẽbã nõ eſſe incurſã priuationẽ ꝑ ſententiã iudicis, q̃ ſolũ declarabat Pet. incidiſſe in pœnas priuationis, nõ autẽ priuabat exꝑſsè. & adducebã Inno. in c. qualiter. 2. col. 3. verſ. Credẽdũ tamẽ, ante nu. 11. de accu. vbi ꝙ * tũc eſt vera priuatio, quãdo expreſsè 3

dicitur depono talē, priuo, vel ꝑpetuò eū à ſua eccleſia amoueo, & tātò magis inconſiderabilem dicebam eſſe prætēſam probationem, quia ſententia erat lata in contumaciam non parentis mo-
4 nitorio, nō autem quia crimē eſſet probatum. Inſuper ponderabam. Quòd* ſentētia excommunicationis, & interdicti lata contra Petrum etiam nulla ꝓuocatione ſuſpenſa numquam in rem tranſibat iudicatam, ſemperque reuocari poterat, cōſtito de illius iniuſtitia. c. ad reprimendum, de offic. ordin. c. ſacro. de ſentē. excom. c. licet. eod. tit. lib. 6. Abb. in c. cōſan.ͦ nu. 9. de re iudi. Phi. Fran. in cap. qua fronte. in 8. not. de appel. Cùm igitur ſententia contra Petrū eſſet indiuidua. l. in hoc iudicio. D. fami. herc. quandocunq; poterat reuocari conſtito de illius iniuſtitia, prout factum fuit. Hodie in monitorijs, de quibus loquimur de ſtilo (vt audio) etiam pœna priuationis beneficiorum apponi cōſueuit, quod etiam de iure procedere puto, vt alibi tractabo.

*SVM-*

## SVMMARIVM.

1 *Attentare an dicatur ſpolians poſt monitorium de non moleſtando?*

2 *Monitorium per comparationem reſoluitur in ſimplicem citationem.*

3 *Monitorium ſapit comminationem, nō inhibitionem.*

4 *Monitorium vim citationis habet.*

5 *Si ſenſeris te grauatum clauſula.*

6 *Præceptū abſque clauſula ſi ſenſeris, &c. eſt iniuſtum, & nullum.*

7 *Præceptū abſque clauſula ſi ſenſeris, &c. quando ſubſiſtat.*

8 *Præceptum cum clauſula ſi ſenſeris, quādo operari deberet.*

## QVAESTIO XVII.

DEcimoſeptimo quæro * an monitus ab Auditore Cameræ (ſuppoſita valida iuriſdictione) ne moleſtet B. in ſua poſſeſſione ſub cenſuris eccleſiaſticis, ſi poſtea Bernardum ſpoliauerit attentaſſe dicatur? Pro opin. affirmatiua facit totus titu. vt lit. pendē. nihil in 1

no.in rub.& nig. D.& C.in Decreta. in 6.& in clemen. Et cùm huiuſmodi rubricæ ſint conceptæ negatiuè, regulariter nihil debet innouari lite pendente. iuxta glo.in rub.præfata vt lit. penden. in Decreta, ver. Et aduerte. Lite igitur introducta ex præſentatione monitorij quicquid ea pendente fit attentatũ erit. Caſſad. Dec.6.incipien. voluerunt Domini, ſuper regu. Cãcel. Et huc ſpectant ea, quæ adduco ſuper 14. formula commiſ.in ver. Attentatorũ in 1.priuil. vbi, ꝙ duobus ꝓbatis videlicet, innouatione, & quòd lite pendente ſemper attentatis, illorumq. reuocationi locus eſſe debet. Hic innouatum ſupponitur: item lis, videlicet (vt præmiſi) monitorio intimato, ergo &c. Et quod monitorio intimato dicatur lis, ꝓbo arguendo à pari, ſeu ab æquiparatis, ſuppoſito, ꝙ citata parte lis pendere dicatur, c. ꝓpoſuit.de fo.comp.& ad ea, quę adduco in 11.q Regu.de ſubrogan. nu.2 .ita & executo, ſeu intimato monitorio lis pẽdet: cùm monitorium æquiparetur citationi, vt tetigi ſupra in 1.quæſt.& probatur

ex ijs, quæ volunt Docto. dicentes, ꝙ p comparitionem * moniti, monitoriũ 2 reſoluitur in ſimplicem citationẽ. Bar. in l. 1. nu. 3. C. de exec. rei iudi. Bald. ſuper rub. C. commi. vel opi. poſt nu. 4. ibi. Aut citatos comparet, & reſoluitur in ſimplicem citationẽ. Inno. in c. tua. nu. 8. de cohabi. cleri. ſequitur Bal. in l. officio. §. ius alimentorum cir. mediũ. D. vbi pupil. edu. debe. Idem Bald. con. 177. ad euidentiam. in prin. lib. 3. & con. 463. quatuor. nu. 3. vol. 4. iuxta nouam impreſ. vbi loquitur de præcepto cum illa clauſula ſi ſenſeris, & c. Ancha. con. 297. efficacibus. col. 1. verſ. Quinto dicitur. Abb. in c. ex parte. colum. vlt. in 3. not. de ver. ſignifi. practi. Papien. in for. libelli in actione noui operis, in ver. nouum opus ante nu. 4. Ange. in §. curare poſt nu. 10. verſ. ſed Bar. in l. 1. Inſti. de actio. Corſet. in ſuis ſingu. in ver. citatio. Ang. q dicit Cu. Rom. introduxiſſe formam hanc citãdi. Alex. nu. 3. & ſeq. Rip. num. 19. & ſeq. & Iaſ. in l. de pupillo. §. meminiſſe. poſt num. 8. D. de no. ope nunc. Idem Iaſ. in l. nec. vnquam. nu. 6.

vbi hãc magis communem dicit. D. de offi. procon. Rui. conſ. 19. ante nu. 6. volum. 5. Bertran. conſ. 61. viſo, nu. 3. lib. 1. in primis, Pariſ. conſ. 113. Monitorium emanatum. in prin. volum. 4. Ioan de Ami. de Venaſ. con. 35. Magnifice, vbi hanc communem dicit. nu. 1. Feli. con. 5. venerabilis, nu. 8. verſ. Secundo aliud conſidero. Pro opin. verò negatiua in caſu præmiſſo cõcluſerunt Domini de Rota, prout annotauit reuerẽdiſs. Put. Dec. 17. ſub tit. de reſti. ſpolia. in hæc verba. Poſt monitorium Auditoris Cameræ de non moleſtando poſſeſſorem ſua poſſeſſione ſub cenſuris, ſi quis ſpoliat aliquem non dicitur attentare, licet dicatur ſpoliare. Dum rationẽ huius Decreti Rotalis inueſtigarem, reperi aliã eiuſdem Put. Dec. quę rationem reddit videlicet, * quòd monitorium ſapiat
5 quandam comminationem tantum, non inhibitionem, niſi fieret per viam inhibitionis, quaſi Rota inferre velit, monitorium huiuſmodi veram litis pẽdentiam non inducere: nec inſtar citationum arctare, ſed monitorium ſimile

le eſſe comminationibus, de quibus in toto tit. C. commina. vel epiſto. & ibi per Bar. ſuper l. iudex. & per Bald. & alios ſuper rub. Ego (licet Rotæ obſeruantiſſimus ſim) priorem opin. affirmatiuã veriore puto, Nec ratio prædicta (mea quidem ſentẽtia) multum ſtringit: ſuppoſita. prout etiam Rota ſupponebat iuriſdictionem in Auditore Cameræ monitorium decernente. Nec monitoria huiuſmodi debiliora, & minus valida citationibus ipſis exiſtimo: & vltra ſtilum notorium probaui ſupra * monitorium huiuſmodi citationis vim habere. Immo etiam citatio verè dici poteſt, ſi aduertamus ſubtilius intuentes ad id, quod dicit Bal. in dicta rub. C. cõmi. vel epiſto. ibi. Aut eſt validũ, & tunc refert. Aut citatus comparet, & reſoluitur in ſimplicem citationem, quia alternatiuum: & altera pars vera eſt, quia comparuit. Mens Bald. eſt, quòd tale monitorium, ſeu præceptum alternatiuũ ſit, duo in ſe continens, videlicet, quod quis faciat illud, quòd ſibi præcipitur: vel ſi illud facere nolit, compare 4

at: & ſic etiam citatur ad comparendũ. Et hæc etiam ſupponit, & ita intelligi debet Cardi. in c. 1. ad fin. de cau. poſ. & propri. Et quòd ſit citatio voluit Paris. con. 116. circa reſolutionem. nu. 23. & ſeq. lib. 1. præſertim ibi. Tale mãdatum, citatio, & inſtantia iam periit: & tamen ibi nulla alia citatio ſupponitur, niſi monitorij, vel mandati præſentatio, & moniti comparitio. Eſt verum, quod ſi Rota ſuppoſuiſſet iuriſdictionẽ in Auditore cameræ monitorium decernente: vel ſi aſſereremus monitoriũ huiuſmodi fuiſſe circa nõ ſpectantia ad Aud. cameræ officium: prout conſiderat Saly. in l. 1. in prin. & q. 2. ver. tunc diſtingue, aut vtrumque ſpectat, &c. C. cõm. vel epiſt. aliud fortè dicẽdum eſſet, Rotæ etiam decretum ſubſiſteret ſi ſupponeremus monitorium huiuſmodi eſſe
5 ſine clauſula, * Si ſenſerit ſe grauatum veniat reſponſurus, ſeu compareat infra triduum iuſtitiæ cõplementum recepturus. De qua clauſula vide per ſupra citatos ſuper glo. vlt. in c. ex parte. §. vlt. de ver. ſigni. per Bar. in l. 1. nu. 3. C.
de

de excep.rei iudi per eundem Bar.in l. defendente. D de aucto. tuto. per Bar. & Bal.in l.2.col 2 C. de epiſco. audien. per Bar.in l. ea quidem.verſus fin. C. ſi manci.ita fuc.alie.& in l.1.§.1.in fin. D. de iu.deli Bald.& Saly. in l.de minore. col.2 C.de tranſactio.Imol. in l.cum ab initio.col.1.in fin.D.quemad.teſta.aperi.Ang in l.nonnumquam. D. de iudi. Nicel.in 52.concor.glo.fallen.nu.112. p glo.& Docto in prælle.l.de pupillo. §. meminiſſe.D.de no.ope.nunci.per Ange.in §.curare.Inſti.de actio.poſt nu.10. ver.Quod dicendum de eo, quòd iudices.Card.in cle.1.ad fin.de celebra.miſſa.& omnino per Celſ.Vgo. inter clauſulas iudiciorum. in clauſula ſi ſenſeris te grauatum Et hæc clauſula iuſtum,& firmum reddit iudicis mandatum, ſeu monitorium. Et iudex mandando aliqd cum dicta clauſula dicitur bene iuſtificare ſeipſum: & nihilo partem grauat.Abb.in alle.c.ex parte. de verbo. ſigni. Et. hæc theorica, & praxis totius mundi,ac curiæ Romanæ prout inquiunt Pau.Caſtren.in alle.l. de pupillo.§.

meminiſſe. D. de no. ope. nunci. Ioan. de Ami. de Venaf. conſ. 35. Magnifice. nu. 2. & ſeq. & poſt Laud. & Cardin. in clem. diſpendioſam Lanfran. de Oria. col. 2. ſuper glo. in ver. præmoniti. verſ. ſubijcit D. Florenti. hanc formam eſſe bonã, ſed debere adijci vna clauſula videlicet, Saluo ſi quis ſentiet ſe grauatũ & c. de iudi. Idem Lanfran. in c. quoniã contra. in ver. citationes. col. 4. ver. Hęc vera ſunt, quod non poteſt incipere a præcepto, niſi in præcepto inſeratur clauſula iuſtificatiua, ſi ſenſeris te grauatum compareas. de proba. Aliàs ſine dicta clauſula fateor, quòd huiuſmodi monitorium comminationem potius, quam citationem ſaperet, inhibitionẽ
6 verò nullo modo. Et tale * præceptum, ſeu monitorium abſq; illa clauſula emanatum iniuſtum, inconſideratum, exorbitans, & nullum plerumq. habetur. ad prælle. con. Ancha. 297. col. 1. voluit Bar. in l. 1. C. de exe. rei iudi. Abb. in dicto c. ex parte, de ver. ſigni. Iaſ. qui hanc opin. magis communem dicit in l. ne quicquam. nu. 6. D. de offi. procõ.

Bertran.

Bertran. communem dicens conſ.247. vniuerſitas nu.3.lib.2.in primis, & etiã magis communem dicit con.64. egregiè, volu.3.in primis.nu.1.& per alios ſupra adductos. Et quòd clauſula ſi ſenſeris operetur iuxta communem ſententiam, quod ſi in termino non compareatur, præceptum cum iſta clauſula habeat vim ſententiæ: ſi compareatur, habeat vim citationis ponit Io. de Ami. de Venaſ. con.153.nu.2. Dum autem dico præceptum decretum ſine clauſula ſi quis ſenſerit eſſe nullum, & iniuſtum, intelligo de præcepto decreto abſque cauſæ cognitione, & ex abrupto: alioqui cũ * cauſæ cognitione validũ, 7
& iuſtum aſſero. ad ea, quæ volũt diſtinguẽtes Bal. ſuper rub. C. cõmi. vel epiſt. & Abb. in c. ex parte.1.nu.7. & ſeq. de ver. ſigni. Et iſto ſecundo modo, puto loqui Rot.340. vtrùm præceptũ de ſoluendo. in anti. Valebit etiam, ſeu ſubſiſtet monitoriũ, vel præceptum, illiq; in dubio parendum erit, ſi non afferat plenum præiudicium, vel ſit ſuper eo, in quo non requiratur cauſæ cognitio,

prout per Pau. Caſtren. in alle. §. meminiſſe. poſt nu. 5. ver. ſi verò non affert, & ꝑ eundē Io. de Vena. alle. cō 35. nu. 12. puta in materia nūciationis. Verū in quātum dixi monitorium vim citationis habere, id videtur contra tex. in c peruenit. de fideiuſ. ibi. Vel aliàs legitimè vobis rem ita ſe habere conſtiterit moneatis ipſum, vt memorato R. pecuniam, quam pro eis ſoluit, reſtituāt, &c. & ſic diuerſa erit citatio à monitorio: & illa hoc præcedere debebat, vt ſupponere ſubtili conſideratione debemus ex illa dictione conſtito, quæ requirit citationem illius, de cuius intereſſe tractatur, vt per glo. magnam in clem. vni. de offi. deleg. & in cle. 1. in ver. inquiſitionem. de con. præb. ac in cle. 2. in ver. conſtiterit de poe. & voluit Bero. in c. conquerēte. nu. 11. de reſti. ſpoli. vtrumq; requiri, vnum prius, alterum ſucceſſiuè. Reſpōderi poteſt, quod monitio de qua ibi, alterius erat ſpeciei, quam monitorij, de quo tractam⁹. & hæc inter ſe differunt, vt declarauimus ſupra in 1. q. Rurſus retorqueri poteſt argumentum arguendo à

do à ſpeciali, vt in illo caſu præcedere deberet citatio: regulariter autem ſecus dicendum ſit: cum vt ꝓbauimus idem operari ſoleat monitorium, quod citatio. Sed aduertēdum eſt, quod Bal. in all. l. ne quicquā. §. vbi decretum. D. de offi. procon. col. 5. ver. Iſtam glo. videtur tenere præceptum huiuſmodi cum hac clauſula ſi ſenſeris, non valere niſi in certis caſibus, vt eſt quando eſſet fundatum in iure communi. vt in caſu præal. §. meminiſſe. Nam atiā ipſa pars nunciando, & ſic prohibendo nouum opus fieri, facit vt nullius ſit momenti quicquid poſtea ædificatum fuerit, vt habetur in l. 1. §. nunciatio. D. de no. ope. nunci. nō mirum ſi etiam ipſe iudex ad petitionē partis poſſit incipere à tali præcepto, vnde videtur velle ibi Bal. ꝙ illa verba ſi ſenſeris poſtea appoſita in præcepto potius ex vrbanitate iudicis, quā ex neceſſitate in terminis dicti. §. meminiſſe apponātur, ex quo pręceptū huiuſmodi ſup iure cōmuni fūdatū eſt. In aliis verò caſibus ſuper iure communi nō fundatis tale præceptum cum clauſula præmiſſa ſi ſenſeris nullo

modo ſubſiſtere videtur, etiam quoad
effectum, vt per comparitionem re-
ſoluatur in ſimplicem citationem: quia
ex quo illud præceptum non valet, non
grauat: & ideo ſequens clauſula nihil o-
peretur. Pro hoc faciũt nota. per Inno.
in c. tua. de cohabi. cleri. & mulie. vbi di-
cit, quod pręcepta inualida a principio,
non poſſunt reſolui in ſimplicem cita-
tationẽ. Hanc opin. ſequitur Io. And. in
addi. ad Specu. in tit. de Aduocato cir.
prin. quia eſſet præpoſterare ordinem,
& ponere currum ante boues. Quid-
quid ſit, de conſuetudine hodie paſſim
in quacunque materia quæcunq; præ-
cepta, ac monitoria cum præmiſſa clau-
ſula concedi conſueuere, etiã nulli iuri
8 conformia. *Verior tamen, æquior, ac
magis rationi conſona mihi videtur
hæc opin. contra communem obſer-
uantiam, præſertim quia illa clauſu-
la de comparẽdo eſt limitata videlicet,
ſuper exgrauatione, & reuocatione gra-
uaminis, ergo limitatum parere debet
effectum, & ſic ſolum ille dicatur cita-
tus ſuper reuocatione grauaminis, non

autem

autem ſuper facto principali:argu: tex. in l.cãcellauerat.D.de ijs, quæ in teſta. delen.& in l.cùm tale.§.vlt. D. de condi.& demõ.& faciunt, q̃ habẽtur in c. ſi à iudice.de appel.lib.6. Præmiſſa igitur vniuerſalis praxis ſolùm tolerãda eſſet in terminis illius edicti de no. ope.nũ. & ſimilibus,non autem in alijs fundatis in iure communi,vt per Io. And.vbi ſupra, & in eiſdem addit. ad Specu.tit. de ſenten.proba.§.ſpecies.in ver. quæſtionem habeo.vide etiã Bald. in l. pręſcrip.C.ſi con.ius,vel vti.publi.

## *SVMMARIVM.*

1 *Regeſtorum ſuper ſolutione, quis,quem, & ad cuius inſtantiam monere poßit?*

2 *Regeſta, & non regiſtra nũcupari debẽt.*

3 *Monitorium pro regeſto coram ſe fabricato quilibet iudex decernit.*

4 *Delegato omnia commiſſa videntur ſine quibus ad expeditionem cauſæ deueniri non poteſt.*

5 *Procurator ad ſolutionem regeſti obligatur.*

6 *Ad exigendum ſpeciale mandatum requiritur.*

7 *Monitorij pro ſolutione regeſti formula.*

8 *Solui quid debeat ſi incertum ſit, executioni locus non eſt.*

## QVAESTIO XVIII.

1 DEcimo octauo quæro* quis, quem, & ad cuius inſtantiam monere poterit ſuper ſolutione regeſtorũ, & quæ
2 ſit huius monitorij formula? Hæc regeſta voco, nõ regiſtra, vt vulgus ſolet corrupto vocabulo, vt docet Bud. in Annot. in Pandect. ſuper l. Herennius Modeſtinus. D. de decurio. Ad primum reſpondeo, quòd antiquo tẽpore, Auditor Cameræ (vt ab antiquis audiui) monebat pro huiuſmodi ſolutione regeſtorum coram quocumq; penderet cauſa principalis: præſertim ſi coram aliquo Rotæ Auditore. Hodie idemmet
3 iudex ſiue ordinarius, ſiue delegatus* huiuſmodi monitorium decernit pro regeſtis coram ſe fabricatis, q̃ ſtilus hodiernus omni iuri, & rationi conſonus videtur:

videtur: tum in iudice ordinario quouis, circa quem nulla cadere poteſt hæſitatio, cũ hæc, & alias cauſas corã ſe pẽdentes concernentia ad ſuam ſpectent iuriſdictionẽ, & ius dicentis officium latiſſimũ ſit. l. 1. vbi omnes. D. de iuriſ. om. iudi. Paris. con. 168. & ſi iudicis. in prin. vol. 4. Tum etiam delegato, * cui 4 omnia cẽſentur commiſſa ſine quibus ad cauſæ cõgruam expeditionẽ deuenire nõ poteſt. l. 2. D. de iuriſ. om. iudi. c. 1. de offi. dele. ac argu. l. oratio. D. de ſpõſa. & l. ad legatum D. de procu. Rurſus vltra alias clauſulas in reſcriptis paſſim apponi ſolitas, illa etiã inſeritur videlicet. Cæteraq; faciendi, dicendi, & exercendi in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna de qua clauſula eiusque effectu tracto ſuper 1. Formula commiſ. ad fin. Ad ſecundum reſpondeo, quòd monere poterit principalẽ de iure: & de ſtilo Rõ. Cu. etiam * procuratorem, qui pro 5 principale ſuo abſente obligatur ad ſolutionem regeſti: & ad ſatisfaciendum notariis de eorum ſalariis. Rot. 303. li-

cet procurator in no. Mil. in ſuo reg. in ver. procurator conſtitutus ad cauſam tenetur ſatiſdare notariis. & Caſſad. Dec. 1. nu. 2. de procu. Ad tertium reſpõdeo, quòd tam ad inſtantiam principalis, quam procuratoris monitoriũ huiuſmodi decerni poterit: Magis tamen expedit inſtante procuratore monere, niſi ad inſtantiam principalis, quis ad id monitus fuerit, dubitari poſtea contingat, an procurator pecuniam depoſitam pro regeſto aduerſarium tangente abſque ſpeciali mãdato exigere poſ-
6 ſit * ſpeciale enim mandatum ad exigẽdum requiritur, l. non ſolum. cum ibi nota D. ſolu. matri. Sozi. cõ. 260. in cauſa poſt nu. 18. ver. Amplius etiam non poterat pẽſiones exigere. lib. 2. Ad quartum dicitur, quòd formula hæc erit. *
7 De mandato R. P. D. N. &c. ad inſtantiam A. principalis, ſeu B. procuratoris peremptoriè moneatur C. ex aduerſo principalis, ſeu D. eius procurator, ac principalis reſpectiuè quatenus infra tres dies proximè ſequẽtes debeat partem ſuam regeſti hactenus facti, & in futurum

turum ſatisfeciſſe de parte ſua regeſti faciendi, &c. Aliqui dicunt, infra tres dies ſoluiſſe debeat partem ſuam regeſti tam facti, quam faciendi. Hæc ſecunda formula, quæ forſan notariis communior eſt, quoad eius ſecundam partem mihi non videtur tuta. Quomodo.n. quis moneri ſeu cogi poteſt vt infra triduum ſoluat partem ſuam regeſti poſt triduum, vel fortè poſt menſes conficiendi: cùm propter incertitudinem neſciat quid ſoluere debeat: & ſic ante opus factum ad aliquam ſolutionem cogi poſſet, immo ſtante obligatione preciſa, vel etiam promiſſione de ſoluendo * ſi incertum ſit quid ſolui debeat, 8
licet ex poſt certificari poſſit; ante certificationem alicui executioni locus nõ erit. l. 1. vbi omnes. D de lega. 2. Cur. Iun. con. 36. habita diligenti, poſt nu. 8. Defendi poſſet ſtilus notariorũ interpretando. Quam faciendi infra tres dies, id eſt, poſtquã regeſtum faciendũ factũ fuerit, intra 3. dies ſoluere debeat. Et hæc fuit mens, & intentio notarij vt ſolutio fiat intra tres dies poſtquam (vt

dixi) regeſtum faciendum, fecerit. Vnde magis attendere debemus ad mentem, & intentionem, quam ad verba, vt docet Plato lib. 13. qui inſcribitur Theetus, ſeu de ſcientia inquiens. Non nos ſermonibus, ſed nobis ſermones ſeruiant Et quòd intentio ſola conſiderari debeat. eſt tex. in c. intelligentia. de ver. ſignifi. voluit D. meus ſuper rubr. de ꝓba. col. 2. ver. prædicta ſalutatio. Paris. con. 20. Gratia, præſens. nu. 2. vol. 4. Hinc dicimus quòd verba impropriari debent, vt inſeruiant intentioni. c. is autem. in ſi. 22. quæſt. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Procuratori an aliqua via conſuli poßit, vt à regeſti ſolutione immunis ſit.*

2 *Habitare quilibet præſumitur in patria ſua.*

## QVAESTIO XIX.

1 DEcimonono quæro * an ꝓcuratori (vt proximè diximus) monito aliqua

qua via conſuli poſſit, vt à regeſti ſolutione immunis ſit? Concludendum eſt quòd ſi tēpore monitionis huiuſmodi in perſonam ꝓcuratoris factæ, principalis Romę prę̨ſens ſit, procurator eiuſdem principalis prę̨ſentiam allegando, à ſolutione regeſti eximitur ex notorio ſtilo Cur, Romanæ. Cuius ſtili rationē puto eſſe, quia cum ſit præter, & fortè contra ius, quòd procurator teneatur ad expenſas regeſti, & ad ſalarium notarij. & hoc vt præmiſi à cōſuetudine introductum fuerit, ea præſertim ratione, ne cauſę proſecutio impediatur, vel forſan ne fraudetur notarius in ſuis ſalariis ſtante principalis abſentia, prout per præall. Dec. 303. in no. per Nic. Mil. in Reper. in ver. procurator cōſtitutus, ac Caſſad. Dec. 1. nu. 2. de procura. Si ergo principalis præſens ſit, ceſſat cauſa, ſeu ratio ſtili præmiſſi, & ſic procurator excuſabitur à ſolutione, dūmodo præſentiā principalis infra terminum monitorii, alleget. Alioqui ſi non alleget, etiam ipſe procurator ad ſolutionem huiuſmodi faciēdam compelli poterit

vt paſſim ſeruari videmus. Quare autē oporteat principalis præſentiam allegare, eam puto rationem eſſe, quod quilibet* præſumatur commorari, ſeu habi-
2 tare in patria ſua.l. cum quidā magna. D.de lega.2.l. prædia.§.affini ſuo. verſ. Hæc teſtatrix. & ibi notat Bart. D. de fū. inſtru. Idem Bar. in l. poteſt, nu. 17. verſ. Aliquando ille, & ibidem Alex.col.4. & Iaſ. D. de acqui. hære. Aret. conſi. 135. clariſſimè D. Collateralis, col.1.& 2. Caro Rui. con. 61. in lite. nu. 20. & ſeq. ver. ad quintum. vol.5.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſt lapſum tempus monitorij executi ſuper ſolutione regeſti coram quo, & qualiter procedatur?*
2 *Negociorum geſtorum actio competit ſoluenti pro alio abſque mandato.*
3 *Depoſiti actio fauorabilis eſt executionē paratam habens.*

## QVAESTIO XX.

VIgeſimo quæro * corā quo, & qua-
1 liter procedatur poſt lapſum termini

ni monitorij executi ſup ſolutione regeſti? Reſpondeo, q̃ executo monitorio, triduo lapſo, coram notario cauſæ depoſitum fieri conſueuit in tanta ſumma, in quanta principalis, ſeu procurator aduerſarius pro parte regeſti cum tangente debitor apparet. Idemq; notarius ſoluenti cedulam, ſeu quitantiam conficit, ac tradit. Procurator verò, ſeu principalis, qui ſoluerat monitorium iam executum, ac ſchedulam ſolutionis prædictæ alicui ex notariis Aud. Cameræ præſentat, principalem aduerſarium, ſeu procuratorem coram dicto Auditore Cameræ citari faciens, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videndum iurare teſtes ſuper recognitione quatenus opus ſit, ſoluẽdum iuxta formam cedulæ depoſiti, aliàs videndum decerni, & tradi mandatũ executiuum. Et ſi monitorium ſit decretũ & executum contra procuratorem, in citatione dicitur. Citetur Meuius ex aduerſo principalis, non autem ex aduerſo procurator: licet is ſit procurator cauſæ principalis, & in omnibus actis ci

tetur aliàs vt procurator, non autem vt principalis. Ratio differentiæ eſt, quia licet iſte reſpectu causæ principalis verè ſit procurator: ratione autem obligationis de ſoluẽdo regeſtum dicitur, & eſt principalis, quia (vt præmiſi) ex ſtilo antiquiſſimo cogi poteſt ad ſolutionem ipſius regeſti: cùm igitur poſſit inuitus ad id cogi, ergo debitor eſt & principalis. l. debitor intelligitur is. D. de ver. ſigni. Quare autem coram Auditore Cameræ, & qua actione cõueniatur hic procurator, vel principalis pro ſolutione regeſti reſpondeo, quod ſupponendum eſt ex ſtilo Rom. Cu. tranſacto tempore, ſeu termino trium dierũ. de quibus in monitorio, de quo tractam⁹ pro ſolutione regeſti collitiganti præfixo, ſi is non ſoluat partem regeſti ſibi tangentem, vel aliàs non concordauerit notarium, alterum ex collitigãtibus, ſeu procuratorem poſſe, & ſolere facere depoſitum pecuniarum pro ſolutione regeſti tangente partem aduerſam, & ad rigorem: ſuper qua ſolutione, ac quietatione notarius dat ſchedulam,

quam

quam is qui ſoluit, deinde coram Aud. Cameræ producit pro recuperanda pecunia ſoluta pro alio. Et licet pro alio abſque mandato ſoluenti regulariter * competat actio negociorum geſtorum pro eo, quod vtiliter expoſuit. l. 2. D. nego. geſto. ac Inſti. de obliga. quæ ex quaſi cōtra. naſcun. §. 1, & per Rofre. Beneuen. in ſuis libellis rub. de contra. actio. nego. geſto. tamen ex ſtilo Cu. Rom. ad maiorem fauorem ſolutionis mercedũ notariorum, ſolutionumque factarum recuperationem, datur * actio depoſiti, quæ fauorabilior eſt: & executionem paratam habet toto tit. D. & C. depoſi. Coram autem Auditore Cameræ fieri ſolent huiuſmodi exactiones tũ ex illius facultatibus: tũ ex ſtilo inueterato. 2 3

## *SVMMARIVM.*

1 *Procurator ſubſtituens an pro regeſto teneatur?*

2 *Procurator ſubſtituens ad hoc ne ipſe citari poßit, qua cautela vti debeat?*

3 *Inſtrumentum mandati abſque proteſta tione recipiens, acceptat mandatum.*

## QVAESTIO XXI.

1 VIgeſimoprimo quæro * procurator conſtitutus acceptat tãtum quoad effectum ſubſtinendi: ſubſtitutus poſt quam plura egit in cauſa, & pluresactus fecit deceſſit, vel a Rom. Cu. receſſit, an qui ſubſtituit validè moneri poſſit pro ſolutione regeſti? Pro præmiſſorũ maiori declaratione ſuppono, quod ſi qs abſens cõſtituatur procurator cum poteſtate ſubſtituendi, ſi duntaxat ſubſtinere vult, non autem intendit onus ꝓ-
2 curæ indiſtinctè acceptare, * & ipſe in cauſa citari poſſe, aduertat, quòd dum ſubſtituere vult, hac cautela vtatur videlicet, vt ſcribi faciat à notario cauſæ. Conſtitutus Cornelius Garaldinus habens notitiam de quodam mandato apud acta ſuper tali cauſa vt dicitur ꝓducto, in quo aſſeritur ſe procuratorẽ ab N. principali conſtitutum eſſe cum poteſtate ſubſtituendi, &c. acceptauit onus

nus mandati huiuſmodi ad effectũ ſub-
ſtituendi duntaxat, & non aliàs, aliter,
nec alio modo: & ex tunc ſubſtituit, &
loco ſui poſuit, &c. Vidi plures, qui ꝑ-
duxerunt mandata conſtitutionum hu
iuſmodi apud acta, & poteſtati ſunt nõ
acceptare, niſi ad effectum ſubſtituen-
di, ignorantes * per ſolam receptionẽ 3
inſtrumentorum, vel literarum, in qui-
bus procuratores cõſtituuntur, eos mã
data acceptare, niſi ſtatim proteſtentur
nolle acceptare, iuxta tex. in cle. 1. de ꝑ-
cu. vnde monui inſtrumentum, & lite-
ras huiuſmodi per tertiam perſonam a-
pud acta produci debere, ad hoc vt ꝓte-
ſtatio præmiſſa ſuffragari poſſit. Redeo
ad principale quæſitum, & reſpondeo,
quòd iuxta praxim Romanã prout ſer-
uari vidi: & ab antiquis ita ſeruatum fu
iſſe audiui pars affirmatiua compro-
bata fuit præmiſſa proteſtatione, quod
acceptabat ad effectum ſubſtituẽdi dũ-
taxat non obſtante. Ratio ſtili huiuſmo
di ſuppoſito altero ſtilo de quo ſupra q.
18. nu. 5. quòd procurator in Rom. Cu.
teneatur ad ſolutionem regeſti, & ad ſa

tisfaciendum notariis de eorũ ſalariis, ꝙ ſi contrariũ tenerem' abſente, vel defuncto ſubſtituto prædicto, principalique abſente, id quod inductum fuit in fauorem notariorum, ne debitis ſolutionibus defraudarentur, illuſoriũ redderetur: quo fit vt ille procurator cum dicta poteſtate ſubſtituendi cõſtitutus, licet proteſtatus fuiſſet, quòd acceptabat ad effectum duntaxat ſubſtituendi: & propter huiuſmodi proteſtationẽ euaſerit alia onera procuratoribus incũbentia: hoc tamen circa ſolutionem regeſtorum euitare non potuit, ſtante obitu, vel abſentia ſubſtituti, ſeu principalis. Et in terminis noſtris ita fuit deciſum, vt per Rot. 23. de procura. aliàs 303. in no. vt etiã voluit Nic. Mil. in ſuo Reper. in ver. procurator conſtitutus ad cauſam.

## SVMMARIVM.

1 *Monitorium contra aliquos non nominatos an cum proceſſu ſubſiſtat?*

2 *Citandi nomen, & congomen ſpecificari de-*

*ri debet.*
3 *In vim clauſulæ. Quoſdam alios, quatuor citari poſſunt.*
4 *Vigore clauſulæ omneſque alios vltra quatuor citari poſſunt.*

## QVAESTIO XXII.

Vigeſimoſecundo quæro * decernitur monitorium contra aliquos nō nominatos, an illud, & proceſſus illius vigore ſubſiſtāt? Diſtinguendi ſunt plures caſus: primus ſi decernitur monitorium contra N. poſtea præſentatur Titio, qui ſemper ſucceſſiuè nominatim citatur, * & licet nomen citandi, & cognomen certum eſſe debeat. argum. tex. in l. idem Pomponius. in fin. & in l. ſeq. D. de rei vindi. & ad tradi. per Ma. Sozi. de citatio. art. 20. nu. 14. in 9. quęſt. prin. tamen quia neſciebatur nomen, & cognomen, alio remedio vtendum erat. ad tex. in l. ſi in rem. 1. D. de rei vindi. vnde videtur ſufficere, quòd nuncius, ſeu notarius in ipſa citationis relatione, vel prę̄ſētationis monitorij

1

2

expreſſerit nomen, & cognomẽ citati, vel moniti: & ſic ſubſequens declaratio ſufficiat: tanto magis, quia iudicium, vt præmiſi, factum fuit cum eodem Titio, qui monitus erat, Pro, & contra põderari poſſunt. Rot. 419. ſi impetretur, & Caſſad. 2. de do. & contu. Verior tamen videtur præmiſſa opin. prout per præalle. Mar. Sozi. de citatio. art. 5. poſt nu. 17. verſ. ſi ergo citator vult plenè, & bene officio ſuo fungi debet ſine alia inquiſitione interrogationis citare illos, quos impetrator ſibi dixerit nominandos. & poſtea verſ. Nec fortè mireris ſecundum Innoc. quòd dictum ſit, quod ad nutum impetratoris debent omnes citari, quos declarauerit, &c. q̃ tanto magis procederẽt ſi ille Titius ſe defendebat, & in iudicio litigabat. arg. tex. in l. ſi in iudicis nomine. D. de iudi. & per eundem Mari. Sozi. de citatio. in dicto art. 20. nu. 5. ſecundus caſus erit, ſi decernitur monitorium contra N. Geraldinum, & poſtea fiat relatio per curſorem, quòd monitorium præſentauit Cornelio Geraldino, eadem, & maiori

ratio-

ratione dicemus monitorium, & ſubſe
cuta ſubſiſtere: de agnomine enim, ſeu
cognomine iam conſtat, quis verò ſit il
le N. poſtea declaratum fuit: vnde per-
inde cenſeri debet ac ſi à principio no-
men declaratum, vel expreſſum fuiſſet.
ad ea, quæ in ſimi. voluerunt Bald. con.
150. caſus talis Vgnolus. in princ. lib. 1.
Ancha. conſ. 127. ad dubia Boer. contra
Caſſen. Dec. 274. an valeat. & Anto. Gal
les. ad for. camc. quæſt. 2. par. 2. & quæſt.
1. nu. 7. & ſeq. ad 5. par. obliga. camera.
Tertius caſus erit ſi decernitur monito
rium contra Cornelium Geraldinum,
& N. & N. præſentatur monitorium ei-
dem Cornelio Geraldino, ac Calphur-
nio, & Nicolao Mandoſiis, & cõtra om-
nes tres ſucceſſiuè nominatim citatos
validè proceditur. præalle. Dec. 419. ali-
às 18. de do. & contu. & Caſſa. Dec. 2. eo.
tit. & ad alia ſupra adducta. Quartus ca-
ſus poni poteſt, ſi monitorium decer
natur contra Fatium picciolũ, & quoſ-
dam alios, ſeu nonnullos alios nominã
dos. Et tũc diſtinguere poſſumus, * ꝙ 3
aut poſtea quatuor vltra Fatium nomi-

nantur,& omnia ſubſiſtant; aut nominantur octo, vel decem; & tunc obſtabit c.2.de reſcr.lib.6. Pro quibus vide Maria. Sozi.de citatio.art.5.nu.63. Quintus,& vltimus ſit, ſi apponatur clauſula
4 * contra Fatium, omneſque alios, tunc vltra quatuor citari poterunt: & ceſſabit diſpoſitio dicti c.2. de reſcr.lib.6. ꝗ non loquitur per verba vniuerſalia, vt ibi ponderant Ioan. Andr.nu.3. & Gemini.poſt nu.9. quos ſequitur Maria. Sozi.in alle.tracta. de citatio.art.5.poſt nu.63. verſ.ſecus ſi diceretur in literis. Verũ circa omnes præmiſſos caſus potiſſimè cõſuetudo inſpici debebit. Pro aliquibus ex præmiſſis videre poteris, quæ ſcripſi in 36.q Regu.de Anna.

## SVMMARIVM.

1 *An validè procedatur contra ſucceſſorem in beneficio literis prouiſionis non expeditis?*

2 *Succeſſor ignorantiam prætẽdere poteſt.*

## QVAESTIO XXIII.

1 VIgeſimotertio quero * monetur ſucceſſor

ceſſor in beneficio onerato vt penſionē ſoluat: & literæ reſeruationis penſionis ſibi non intimantur, an validè contra ſic monitum procedi poſſit? Pro opin. negatiua facit, quòd *ſucceſſor ignorātiam prætendere poteſt geſtorum per deceſſorem, ſeu prædeceſſorem, puta an ille conſenſerit alicui penſioni: vel an illud quod petitur ex illius cauſa, vel facto debeatur ad text. in l. vlt. in fi. D. pro ſuo. in l. qui in alterius. D. de regu. iur. Bar. in l. non ab re. in fin. C. vnde vi. Pro opin. affirmatiua, quæ verior eſt habemus Dec. Caſſad. 12. de reſcr. vide rationes, & iura de quibus ibi. & quæ adduco in 4. formula commiſ. in ver. prænominatos hæredes. Et ad contraria, quæ adduci poſſunt reſponde tu ex mēte Caſſad. vbi ſupra. & Dec. 2. ſub tit. de penſio. ad fi. verſ. Intimatio verò, quod illa quandoq; procederent quando ageretur ad pœnā priuationis beneficij: ſeu ad incurſum cenſurarum: non autem quando duntaxat ad ſolutionem penſionum decurſarum.

## SVMMARIVM.

1 *Heres, vel ſucceſſor abſque noua monitione an excommunicari poſſit?*
*Inſtantia tranſit ad heredes.*
2 *Heredis in perſonam pœnam cõmitti.*
3 *Periurium incurrendi, ac iuramenti effectus an tranſeat in heredes?*
*Heres tenetur exhonerare conſcientiam defuncti.*
4 *Heres eiſdem iuribus aſtringitur, quibus eius author.*
5 *Heres citandus ſtante ſtatuto, quòd executio fiat contra heredem.*

## QVAESTIO XXIIII.

1 VIgeſimoquarto quæro *an heres, vel ſucceſſor ex proceſſu facto contra defunctum monitũ, ſine noua monitione excommunicari poſſit? Pro opin. affirmatiua adduci poteſt, quòd inſtantia tranſeat in heredem. l. cum hominem, D. de fideiuſ. l. ſi rem. 2. D. de rei vendi. & per Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi bona. D. ſolu-matri. Magis autem ad

ad rem dici poteſt, quòd *heres, vel ſuc 2
ceſſor tenetur ex contractu defuncti, & pœna committitur in perſonam heredis. l. vlt. de nauti. fœno. l. ad diem. D. de ver. obli. Et actiones competentes defuncto actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt in heredes. vt toto. tit. C. vt actio ab here. & contra here. inci. & Inſti. de inuti. ſtipu. §. per mortem. Secundo videmus iuramentum defuncti (iuxta opin. aliquorum) quo ad effectus obſeruantiæ contractos, excepto reatu periurij, afficere heredes: ad heredeſq. tranſire tam actiuè, quam paſſiuè. Innoc. in c. veritatis. de iureiur. Bal. in l. etiã in fin. D. eo. Et omnia iura tam ciuilia, quam canonica interprætanda ſint, quòd vinculum iuramenti, & periurij liget tãtum iurantem, & ipſe contraueniẽs ſit periurus, non alius. At effectus, & virtus iuramenti tranſeat etiam in heredes. prout etiam cõcludunt Bar. in l. ſi quis pro eo. col. 3. & ibi Pau. Caſtren. nu. 5. D. de fideiuſ. Bal. in authen. ſacramenta puberum. col. vlt. C. ſi aduer. vendi. & ibi Saly. col. pen. Pau. Caſtren. nu. 3 & Corn.

nu.140.in repet.Bal.in l.vlt.nu.16.C.de pact.& in l.ſi quis.§.illud.C.de inof.teſta.Anto.de Bur.in c.cùm cōtingat.nu.5.& Abb.nu.18.de iureiu. Caſſa. Dec.2.nu.10. eod.tit.Pariſ.con 75.pro reſolutione nu.23.lib.3.Pau.Caſtrē.in l. ſi grege.nu.5.D.de lega. præſertim ſi defunctus, qui iurauit promiſit pro heredibus.Et non minus heres ciuiliter accuſari poterit de incurſa pœna, propter inobſeruantiam eius, quod defunctus iurauit,ex qua ipſe,qui iurauit accuſari potuiſſet.Barr.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.num.10 D.de lega.3.Afflit.Dec.Neapo.381.quædam Hypolita. ad fi.Fede.de ſen.con.267.per c. veritatis.de iureiur.And.de Iſern.in conſt.eos,q́ ſcienter.Capit.Dec. Neap.75. Vel etiā

3 iuxta opin.aliorum effectū * etiā incurrendi periuriū tranſire ad heredes,prout voluerunt Ange.de Peruſ. cō.326.in themate,ante nu.2. ver. Quia ſi tenor.Sozi.con.38.in cauſa. poſt prin.ver. Et ſi videatur.lib.3. Feli.in c.cùm ſit generale.col.6.de fo.compe.Mar.Anto. Bauer.de Virtu.iuramen.poſt nu.62.con.

45.

45.verſ.ſed ſi eſſemus in iuramento cō-
firmatorio. vbi alios ad id citat.pro pręmiſſis vide Fede.de ſen.con.281.ſtatuto
cauetur Bald.in auten.ſacramenta puberum.ad fin.C.ſi aduer.vendi.& ibidē
Pau.Caſtren.col.1.idem Pau.con.77.viſis,& conſideratis.lib.2.Thom.parpai.
qui hoc ſeruari affirmat.in l. ſi quis maior.quæſt.5.in 3.caſu.C.de trāſactio. Alex.con.7.vol.6.col 2. & conſi 26. in fi.
vol.7.quod etiam inuenies inter conſ.
Sozi.lib.1 poſt con 78. vide etiā Corn.
conſ.112.& con.287.col.1.vol. 4. Guid.
Papę.ſingu.345.§. Iuramentū non tranſit in heredem, quo ad periculum animæ.& Dec.414.incipien.Iuramentum
eſt quid perſonale. Ancha.in alle.c.veritatis.de iureiur, Iaſ.conſ.76. col.1.lib.1.
Brun.conſi.12.col.7. Cepo.con.36 col.
3.& conſ.66.col.7.Bartho.Caſſen. con.
47.col.7. Feli.in c.cùm ſit generale.nu.
9.de fo.compe.Rui.conſil.195. colum.
penultima. lib. 1. Gramma. conſil. ciui. 100. colum. 8. D. meum Philip.
Deci. conſil. 639. Loffre. conſil. 23.
colum. 2. Et opiniones hoc modo

concordatur, quòd contractus iuratus, & eius virtus, ac effectus tranſeāt ad heredes tam actiuè, quam paſſiuè: iuramētum enim in contractu appoſitum ipſum confirmet: & ſicut contractus de ſui natura eſt perpetuus, & tranſitorius ad heredes, etiam de illis mentione nō facta, eſt tex. clarus in l. ſi pactū de proba. ſic & virtus, & effectus iuramenti in eo appoſiti tranſit ad heredes, & contra heredes, vt ſupra dixi. Et ratio pręcipua quare heres teneatur ſeruare iuramentum à defuncto pręſtitum illa adduci poteſt, quia heres tenetur exhonerare defuncti conſcientiam, & pro eo ſatisfacere. eſt tex. in c. vlt. de ſepult. in c. literis. de rapto. in c. eccleſia. §. Item peccato Iſraelitarum. verſ. veluti ſi quiſpiam & ibi glo. in ver. conquiſita. 1. quæſt. 4. Quod etiam voluerunt Roma. cō. 149. concluſionem. nu. 4. Abb. in c. cùm ſit generale. nu. 22. de fo. comp. Rui. con. 20. nu. 2. vol. 4. Sozi. con. 203. capiēdo. nu. 2. lib. 2. Cur. Iun. con. 181. præſupponitur. verſ. fin. D. meus. con. 282. viſo ꝓceſſu. nu. 6. & conſ. 303. in caſu. nu. 6. Al

cia.

cia.in l.2.§.& harum.nu. 33. D.de ver. obli. Et quòd heres teneatur ad intereſſe pro delicto defuncti etiam de iure canonico ſingulariter voluerunt Bald.in l.1.col.vlt.verſ. Tertio autem caſu.C. ne ex deli.defun.& in l.furti actione.C. de furt.Bar.Ange.ac Pau. Caſtren.in l. poſtulanti,in prin.per illum tex. D. ad trebel. vbi quod ſi ſtatutum diſponat, quod inſtrumẽtum mittatur executioni contra debitorem in eo deſcriptum, poſſit etiam executio fieri contra eius heredem, licet non ſit nominatus, prout etiam notat Iaſ. in l. ſi cui legetur.§. vlt.in 3.not. D.de lega.1.& con.217. cõmunitas. col.2. lib.2. pulchrè Catel. Cott.in ſuis Memoria.in ver.Heres cẽſetur. Et generaliter dicimus heredem * & ſucceſſorem affici, aſtringi, & iuuari, eiſdem iuribus, & vinculis quibus eius author. ad l.heredem, quæ eſt 60. & l.in omnibus officiis, aliàs in iis, quę officij. quæ eſt 135.§. non debet. D.de reg. iur.quod & voluit Aret.con.36. caſus talis eſt.nu.3.verſ.Secundo dico, & cõ 112.conſiderans.col.2.ver. De ſucceſſo- 4

re.Sozi. conſ.82. ſuper quæſtionibus. nu,3,lib.3. Immo heres cēſetur eadem perſona cum defuncto, vt dicit text.in auten. de iureiuran.à mor. præſti.circ. prin. & declarat Bar.in l.2.§.1 col.2.D. de præto.ſtipula. Hinc dixit Bald.in l.1. C quo.lega.quod nominato Titio,cre datur etiam nominatus eius heres. Ita quòd ceſſat contra heredem illa excuſatio. Tu non es nominatus in inſtrumē- to, quem ibi communiter ſequuntur, & declarat Sozi.con.141.lib.2.ac D.meus.conſ.162,colum.2, & Iaſ. conſil.217. per totum lib.2. An autem ſi in contractu ponatur dictio taxatiua duntaxat, ſolum, & ſimilis tranſeat obligatio actiuè,& paſſiuè,puta.Ego tantum,ego dū taxat ꝓmitto tibi decē,trāſeat ad heredes paſſiuè. Vel ſi Meuius dicat promitto tibi ſoli, tibi tantum, vel tibi duntaxat,obligatio tranſeat ad heredes creditoris actiuè. Vide Bal.in l.vlt.C.de acti- emp.col.vlt.nu.5. vbi etiam quod illa dictio taxatiua cenſetur appoſita ad excludendum extraneos, non autem heredes,per ea,quæ ibi adducit. Verū magis

gis communis opin. videtur in contrarium, quod eo caſu, quo appoſita ſit dictio taxatiua non tranſeat obligatio ad heredes actiuè, vel paſſiuè: quia cenſetur eſſe pactum perſonale. arg. tex. in l. non ſolum. §. tale. D. de libe. lega. & in l. idem in duobus. §. 1. D. de pact. & voluerunt Bart. Ange. Pau. Caſtren. & cõmuniter alij in l. qui in futurum. D. de pact. Alij etiam ſequuntur hanc opin. quos citat, hanc magis communem affirmans Ant. Gomez. in tracta. varia. reſo. tit. de Quali. contract. num. 13. verſ. Dubium tamen. Ex præmiſſis colligi videtur, quòd fortius heres, vel ſucceſſor ex proceſſu iam cum illius authore fabricato abſque noua monitione, cenſuris, & quibuſuis alijs vexari poſſit. Cõtrariam opin. & bene tenuit Rota, prout Dec. 337. nota quod ex proceſſu. in anti. per tex. in l. ſeruus. D. de his, qui notan. infa. Et quia excommunicatio fertur in cõtumacem, ad ea, quæ adduxi ſup 2. form. commiſ. in ver. nõ paritionis. At cõtumacia in herede, vel ſucceſſore cadere veriſſmiliter nõ poteſt.

Et quia excommunicatio in aliquē nō citatum perſonaliter, ſeu nō monitum fieri poteſt, prout probabo infra quęſt. 26. poterit contra heredem, vel ſucceſſorem monitum, ſeu citatum procedi via mandati executiui, vel etiam via excommunicationis, & cenſurarum, iuxta theo. Anto. de But. in c. licet. quam Abb. ibi in fi. ſequitur. de voto. Et quod ex contumacia defuncti non excōmunicetur heres, voluerunt Aret. & Alex. in l. grege legato. D. de lega 1. & Hiero. Cagno. in l. heredem. quæ eſt 60. nu 14. D. de reg. iur. Quòd abſq; noua citatione, vel monitione heres, vel ſucceſſor excommunicari non poſſit, habemus tex. in c. à nobis. 2. in fin. vbi heres debitoris defuncti excommunicari poſſit monendus eſt. de ſenten. excom. Et voluit Bald. in l. per diuerſas. in 10. q. C. manda. quod ſi ſtatutum diſponat executionem fieri debere contra heredē, * heres citari debeat, ad hoc vt conſtet ipſum eſſe heredem, & talis contra quem executio, de qua loquitur ſtatutum fieri poſſit, ſequūtur Feli. in c. quia G. nu. 4.

4.& D.meus.col 7.de iudi.Rui.cō.152.
col.2.& 5.vol.4.& con.88.col.3.ac con.
102.col.1. vol.5.& Boc. Dec.295. nu.15.
Florentiæ adeſt ſtatutum.lib 2.rub.29.
de hered.& hereditate debitoris conue
nien. pro quo videri poterunt, Ange.
con.86.ſtatuto Floren.Pau. Caſtren. in
l. ſi ſeruum.§.vlt.in fi. D.de acqui.here.
in l. qui iure familiaritatis. D. de acqui.
poſ.in l.1.C.de repu.here.& con.55.lib.
1.in nou.Corn.con.19.col.4. vſque in
fi.Sozi.con.60.col.3. lib.1.& 113.volu.4.
Nonnulla huc ſpectantia, ac ad rem no-
ſtram facientia inuenies apud Auguſt.
Bero.eius quæſt.familia.57.incipien.ſta
tuto cauetur, vt contra debitores. Pro
præmiſſorum corroboratione illud eti
am adduci poteſt, quòd iuramentum a-
deo ſit perſonale.c.veniens.de iureiur.
vt licet iurans poſſit cogi ad factū iuxta 6
glo.ſingu.in l. ſi pecuniam.D.de condi.
ob cau. tamē eius heres* ad factum co- 7
gi non poterit, vt cōcludit Bald.in præ-
lud.feud.col 7. Nec heres iurantis effi-
citur de foro eccleſiæ, vt notat Bald. in
l.1.verſ.Extra quæro. C.de reb.cred. &

in auten.ſacramēta puberum. C. ſi aduer.vendi. Amplio vt ſicut iuramentū non tranſit in heredes, ita nec facultas
8 iurandi * Bald.in l.2. C.de condi.inde. Et pro declaratione huius ampliationis vidēdæ ſunt quatuor ampliationes, quas ponit M. Anton.Bauer.in tractat. de virt.iura.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſio capta vigore monitorij an ſit bona, & reſtituibilis?*

2 *Diſtinctione contrarietas tollitur.*

## QVAESTIO XXV.

1 VIgeſimoquinto quæro * an monitorij vigore capta poſſeſſio ſit bona, & reſtituibilis? Supponenda eſt extra. Pau 3 prohibens cum decreto irritanti poſſeſſionem capi via mādati, dic tu vel etiam monitotij, vt infra oſtendā, per tranſumpta ſupplicationum, de qua extra. ſeu regula ꝑpetuò valitura loquor in 4.quæſt.31. Reg. nu.13. Iuxta thema præmiſſum Rota in Calaguritan. de la puebla

puebla corã Capizucca inter Petrũ de Montoio, & Martinum Perez, in qua ego ſcripſi, diſtinguebat hoc modo videlicet. Aut ſupplicatio, ſeu ſupplicationis tranſumptũ inſerta erat in monitorio, & quia tunc in loco beneficij datur poſſeſſio timore monitorij, & ordinarius veriſimiliter credere poteſt, ꝙ ꝓpter illã inſertionem debet tradi poſſeſſio, quo caſu Regulæ, ſeu extraua. prædictæ locus eſt, & conſequenter poſſeſſio nõ fuiſſet bona. Aut quis poſſeſſionem capit cum monitorio, & poſtmodum habuit ſupplicationem, tamẽ quia iudex de partibus potuiſſet poſſeſſionem denegare cum ſola ſupplicatione. Et ſic non eſt eadẽ ratio: Et hoc caſu voluerũt Domini bonam eſſe poſſeſſionem captam, & reſtituibilem vigore ſupplicationis: neque eſſe infectam per decretũ Regulæ, & propterea illa non obſtante in præfata cauſa poſſeſſionem reſtituibilem decreuerunt. Hæc ferè ad literã deſcripta ſunt in Dec. 3. de conſtitu. Et ſic etiam Rota ſupponit extra. illam non ſolum procedere in mandatis,

ſed etiam in monitorijs. Sed quomodo defendam alteram Dec. quam poſui in alle. quæſt. 4. Reg. 31. nu. 13. quæ vult extra. huiuſmodi nō habere locum in mo-
2 nitoriis. * ad euitandam contrarietatē diſtinctione opus eſt. ad l. inter ſtipulātem. D. de ver. obli. Bar. in j. cōſt. C. nu. 13. verſ. Nota, quòd contrarietas. & per Cur. Iun. con. 147. contra ea. nu. 4. & 6. Diſtinguo igitur ſic. Aut loquimur in monitoriis cum clauſula ſi quis ſenſerit, &c. quæ per comparitionem reſoluitur in ſimplicem citationem, prout per Abb. in c. 1. poſt nu. 6. de cauſ. poſ. & proprie. & per Paris. con. 113. monitorium ruti. in prin. vol. 4. & procedant quę dixi in dicta quæſt. 4. 31. Regu. Aut loquimur in monitoriis abſque illa clauſula: & quæ monitoria per comparitionem non reſoluuntur in ſimplicem citationem, & procedat Dec. Achil. præmiſſa.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitorium an perſonaliter intimari debeat?*

*2 Cita-*

2 *Citatio perſonalis non requiritur in cauſis ciuilibus.*

3 *Excommunicandus perſonaliter citari debet.*

4 *Perſonalis citatio quãdo nõ requiratur?*

## QVAESTIO XXVI.

Vigeſimo ſexto quæro * an monitorium perſonalem intimationem, 1
ſeu executionem requirat? ſtante ęquiparationis citationis, & monitorij vt ſupra, videtur negatiuè reſpondẽdum
* citatio enim parſonalis non neceſſariò in cauſis, præſertim ciuilibus requiritur. l. 1. §. permittitur. D. de agno. libe. l. aut q aliter. §. ſi fortè D. q vi aut clam. l. ſcire oportet. §. oportet. D. de exc. tu. l. 4. §. prætor, & ibi p omnes. D. de dã. infe. c. cauſam, ante fin. vbi quod etiam contra non perſonaliter citatum ad ſẽtentiam procedi poteſt, de dol. & contu. Ex ſententia verò Inno. & Hoſtien. in c. vlt. de eo, qui mitti. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruan. eliciunt omnes, quod excõmunicandus * perſonaliter citãdus ve- 3

niat propter grauitatem præiudicij, quæ per excommunicationē infertur. Idem dixerunt Abb. col. vlt. ac collecta. in dicto cap. vlt. de eo, qui mitti. in poſſeſſ. Pau. Caſtrē. in alle. l. 4. §. prætor ait. col. 1. D. de dam. infe. præpoſi. in c. caueant. contra glo. ibi. 3. quæſt. 9. And. Tiraq. de vt. retra. lib. 1. §. 9. Glo. 2. nu. 4. Feli. in c. cùm ſit Romana. num. 13. & ſeq. de appel. Bal. in l. vt perfectius. C. de anna. excep. col. 2. & in l. in actionib⁹ in lectu. antiqua in fi. D. de in lit. iuran. Io. Fab. in §. vlt. Inſti. de pœna teme. liti. Roma. conſi. 482. in caſu. num. 2. Rot. 313. nota quòd lite. & 337. nota quòd ex proceſſu. verſ. Vnde antequam aliquis excōmunicetur oportet, quòd perſonaliter moneatur. in Antiq. Caſſad. Dec. 12. de reſcr. & Dec. 2. de penſio. Lanfran. de citatio. nu. 16. verſ. Vnde non omittes. Monitorium autem decernitur ſub pœna excommunicationis: ergo perſonaliter intimari debet. In Repert. etiam Inquiſito. in ver. citatio, notatur, quod citatio perſonalis requiritur ad ſententiam excommunicationis. Et generaliter, quòd

quòd quando inferri poteſt magna ia-ctura, & graue præiudicium, non ſuffi-ciat citatio facta domi, vel aliàs nō per-ſonalis: quo caſu ſic citatus dicitur fi-ctus contumax: & ex tali citatione eli-citur præſumpta ſcientia, non autem vera; & ſic non ſufficit, prout præter prædictos voluerunt. Bar. in l. vlt. D. de in inte. reſti. Alex. in l. plerique. co. ū 2. verſ. Nota ex hac lege. D. de in ius vo-can. præceptor meus con. 24. nu. 4. Phi. Fran. in c. concertationi, ad fin. verſ. Et per hoc dicit Rota de appel. lib. 6. Et dixit Ange. conſ. 186. in princ. quod ſta-tutum loquens in contumace non ha-bet locum in citato ad domū, niſi pro-betur ipſum habuiſſe veram ſcientiam: & reſpondet ad illud, quòd præſuma-tur à familia certificatus de citatione. Quid tenendum? Infinita pro vtraque parte adduci poſſent. Ego breuitati ſtu-dens concluderem in omnibus caſibus in quibus citatio perſonalis quo ad cau-ſas ciuiles requiritur, perſonalem inti-mationē monitorij faciendā eſſe, mul-tò magis vbi petitur quē excōmunicari,

4 *In quibuſdã autẽ caſibus, puta ſi qs maliciosè ſe abſentet, ne intimatio ad eum pueniat, & in aliquibus caſibus infra dicendis etiam aliquo perſonaliter non monito poteſt ad excommunicationẽ, & monitorij redintegrationem procedi, de qua infra tractabimus. Et antequã ad diſtinctiones ipſas deueniam, oſtendo, quod etiam ex mẽte Rotæ quis non perſonaliter citatus excommunicari poſſit. Pro quo adduco in terminis Rot. Bellame. 158. incipien. Vt citatus excommunicetur. Vbi quod ad hoc vt citatus per edictum excõmunicari poſſit, vltra affixionem edicti in partibus vicinis, veriſimilis notitia excommunicandi de citatione huiuſmodi probari debet. Ergo etiam ex mente Rotæ non procedit abſolutè, quòd excommunicationis ad fulminationem parte perſonaliter non citata perueniri non poſſit. Et quòd citatio perſonalis contra excõmunicandum fraudulenter ſe abſentantem, ſeu latitantem non requiratur voluit Innoc. & alij in cap. ſi aduerſarius. de eo qui mitti. in poſſeſ. cau. rei ſer

uata.

uata. ſequuntur Ang. in l. perfectius. C. de anna. excep. & Lanfrã. de Oria. in c. quoniam contra in ver. citationes, col. 4. verſ. Vnde non omittes ſingulariſſimã. de proba. Quantum verò ad dubiũ illud latiſſimum, & anceps attinet, an citatio domi, vel per edictum facta ſufficiat, an verò perſonalis citatio requiratur, verior, & magis communis opin. eſt. Quòd aut quis perſonaliter reperiri poteſt. Aut nõ. Primo caſu requiratur perſonalis; ſecundo, ſufficiat executio facta domi; vel per edictum pro omnibus actibus iudiciariis iuxta diſtin. Bart. Pau. Caſtren. in l. 4. §. prętor. D. de dam. infe. quam ibi Alex. num. 2. dicit magis cõmunem: ſequitur Abb. in alle. c. cauſam. nu. 5. de dol. & contu. Mil. in Reper. in ver. citatio prima debet fieri perſonaliter. Lanfran. in præal. tracta. de citatione, ſeu in repet. c. quoniam contra, in ver. citatio. de probat. poſt num. 16. verſ. Quod eſt verum niſi iſte ſe abſentet fraudulenter, vt ad eum non perueniat citatio. Idem voluerunt Inno. & alii in alle. c. vlt. de eo. qui mit-

ti.in poſ. Matthe. Mattheſi. not. 133. & Tiraq. in alleg. tracta. de vt. retra. lib. 1. §. 9. Glo 2. nu. 7. & in præalle Repert. In quiſito. in ver. citatio. verſ. Quod verū niſi citandus ſe abſentet. Pro quibus videantur ea, quæ ſcripſi in 71. quæſt. Reg. de anna. nu 5. & ſeq. Et in aliquibus caſibus ibi, & in locis ſupra adductis contentis, puta ſiquis latitet, vel malitioſè, & fraudulenter ſe abſentauerit, vel ſi propter aduerſarij potentiam, vel iuſtū metum nemo ad illum citandum accedere audeat, ſeu monitorij qualitercūque executi notitiam habere præſumatur, puto, quod etiam ſiquis perſonaliter citatus non fuerit, excommunicari poſſit. Et quod ſufficiat monitoriū, ſeu citationem peruenire ad citandi notitiam, habemus regulam eum qui certus. lib. 6. facit tex. in clem. cauſam. de electio. in fi. vbi quod citatio illegitima cū notitia ſubſecuta ita ligat, ſicut citatio ab initio legitima. Roma. con. 410. Hypo. de Marſi. ſuper rub. C. de probatio. nu. 371. & ſing. 259. Tiraq. vbi ſupra, nu. 16. Et in terminis citationis malæ execu

tæ, puta ad domum (vbi perſonaliter fa cienda erat) quod ſufficiat notitia malè citati cõcludit Feli. in c. cum ſit Romana. col. 5. de appel. vbi etiã aliam limitationem adducit, videlicet, quod nõ requiratur citatio perſonalis quando agitur de reintrudendo in eandem excõmunicationẽ malè abſolutum. Poſtremò, quòd etiam in ſententia declaratoria, quem incidiſſe in cenſuras, ſeu pœnas ipſo facto requiratur citatio (licet nonnulli contrarium affirmauerint) tenuit glo. in clem. præſenti. in ver. cõſtiterit, de cenſib. quã omnes ſequũtur. vt dicit Sozi. con. 20. poſt nu. 16. Rip. in l. is cui bonis. num. 27. D. de ver. obl. D. meus, Phi. Dec. in c. reprehẽſibilis. poſt nu. 2. de appel. Iul. Clar. ſenten. lib. 5. §. vlt. quæſt. 31. nu. 3. verſ. Item adde.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitorium prius executum an cenſeatur, quam quem in Rota citatum ad excluſionem attentatorum.*

2 *Citans primo præuenire dicitur.*

3 *Ordinaria via fauorabilior.*

4 *Citatio plenam cauſæ certitudinem cõtinens plus operatur*

5 *Delegatus maior, & dignior eſt quocunque ordinario.*

6 *Rota loquente cætera tribunalia obmuteſcunt.*

## QVAESTIO XXVII.

VIgeſimoſeptimo quæro. Eadem die reperiebatur præſentata cõmiſſio, & citata pars coram Rotæ Auditore ad dicendũm contra commiſſionem: & quoddam monitorium executum contra actorem pro parte rei coram Auditore Cameræ ſuper eadem re.* Quæritur an monitorij executio huiuſmodi ſit attentata, & cuius horum tribunalium iuriſdictio in caſu propoſito prȩualeat? Quoad primum quæſitum, inueni in terminis, Dec. Creſcen. in titu. de cau. poſſeſ. & propri. 100. aliàs 53. in qua continetur, quòd in Caſalen. beneficij coram Paulo Capizucca concluſum fuit pro non attentatis, ex quo non apparebat,

rebat, quis horum actuum præceſſiſſet. Et præſumendum erat monitoriū executum tempore licito ne præſumeretur delictum. argu. tex in l. merito. D. pro ſocio. & ſic ante citationem executam, ad dicendum cōtra commiſſionē ad Rot. Bellamc. 699. ſuppoſito, quòd cauſa, quæ eſt etiam in no. 469. per Feli. in c. ſuper literis. ante nu. 13. verſ. Limita primo. de reſcr. pro quibus etiam adduci poteſt tex. in l. itē apud Labeonem, §. ſi communem. Iun glo. in ver. ſi cum iure. D. de iureiur. Bar. in l. non ſolum, §. ſed vt probari. nu. 3. D. de no. ope. nun. & per eundem in l. gerit, col. 6. D. de acqui. here. ſic etiam dicimus, quod actus ille præcedere præſumitur (quando ſumus in dubio) qui præcedere debebat pro validitate actus. Alex. in l. 2. §. prius. col. 2. verſ. Quòd vbi aliàs. D. de vulga, & pupil. & conſ. 112. volu. 5. Caſſad. Dec. 21. de præb. Feli. in c. paſtoralis. col. 4. de reſcr. Quoad ſecundum dubium, quod Auditoris cameræ iuriſdictio præualeat, probatur, ex quo (vt præmiſi) præſumptio monitorium pri-

us executum fuiſſe. Vnde Auditor Ca-
2 meræ * præuenit prius citando.c. gra-
tum,& c.licet.de offic.dele.c. propoſu-
iſti.de fo.compe. tracto ſuper 10. For-
mula commiſſiō.audiat, qui præuenit.
3 Secundo via monitorij eſt * ordinaria,
ergo fauorabilior,& magis attendenda
ad l.ſcio §.medico.& ibi per Bar. D.de
ann.lega.c.licet.de offic.ordi. Sozi.in l.
qui Romæ. §. callimacus. col.5. D. de
ver.obli. Et quòd ſit firmior iuriſdictio
ordinarij, quàm delegati, voluerunt
Archidi.in c.ſi quis epiſcopus.2.quæſt.
6. Alex.& cōmuniter Docto.ſuper rub.
D.de offi.eius, cui manda.eſt iuriſdict.
Tertio monitorium, quod intimatur,
ſpecificat omnia, & certiorem reddit
eum cum præſentatur ſuper omnibus,
quæ ab ipſo petuntur:non ſic citatio ad
dicendū contra cōmiſſionem, quæ nec
plenè,nec ſemiplenè inſtruit aduerſari
um,ſuper quibus, quo iure,& qua cau-
ſa conueniatur,ſeu in iudicium euoce-
tur. Immo citatio huiuſmodi non ſpe-
cificat quid ipſa cōmiſſio cōtineat, quo
4 caſu * minus attenditur,& minus ope-
ratur

ratur hæc citatio, quam illa, quæ plenã cauſę certitudinẽ continet. præal. Dec. 469. ſuppoſito, quod cauſa, præſertim in fin. in nouiſ. Bellam. 699. & Fel. in al le. c. ſuper literis, nu. 13. in 1. limi. ver. Niſi appareat, quòd citatio plena præceſſerit impetrationem. de reſcrip. In cõtrarium autem facit, quia Auditor Rotæ eſt delegatus. * delegatus autem quilibet maior, digniorque eſt quocunque ordinario. c. ſanè. 2. de offic deleg. glo. ſuper rub. eod. tit. c. ſtuduiſti. de offi. lega. c. paſtoralis. §. præterea. de offi. ordi. Ange. in l. aduerſus. C. ſi aduer. rem iudi. Doct. ſuper rub. de offi. dele. ſuper qua etiam ego ſcribo. Inſuper Rotæ tribunal omnibus alijs, quæcũq; ſint præponi debet, * & ea loquente cætera ſileant, non ſecus ac (vt antiqui Gentiles aſſerebant) oraculo Delphico loquente cætera obmutuiſſent. Ad cõtraria reſponderi poſſet, & primo ad primum, quòd nõ obſtet illa præſũptio, qa procederet ſolum ad illum effectum excludendi delictum: & ſic limitata cauſa limitatum debet producere effectum.

vulga.l.in agris.D.de acqui.re.domi.l. cancellauerat.D.de iis,quæ in teſta. delē.l.militis codicillis.§.j.D.de mili. teſta. Ad ſecundum de facultate ordinaria reſponderi poteſt,quòd adducta loquantur in terminis ſat diuerſis: & nūc tractamus quæ poteſtas ordinarij, an delegati ſit potentior, validior, & præſtantior. In Rotæ Auditore vtraq; qualitas conſiderari poteſt, videlicet quod dicatur ordinarius in cognoſcendo: & delegatus in pronunciando,ad glo.1. in clem. Auditor,de reſcr. Ad tertium reſpondet Feli.in alle.c.ſuper literis. poſt nu.13.ver.ſed primus caſus non videtur procedere in citatione facta per curſorem in Rom. Cu.licet dicta Dec. etiam de illa expreſsè loquatur, quia ibi poteſt citatus(ſi vult) facilè habere copiā commiſſionis, & ex contentis in caſe inſtruere. Tertia opin. excogitari, & ſubſtineri poſſet, vt neutra harum executionum.monitorij, videlicet ac citationis ſubſiſtat,propter dubium,ſeu incertitudinem,quæ illarum præceſſerit, argu.tex.in l.duo ſunt Titij.D.de teſta.
tute.

tute.l.ſi fuerit legatum relictum. & l. ſi quis de pluribus.D.de reb.dub.& ad alia,quæ adduco in 4.q.3.Regu. Cancel. nu.2.cum pluribus ſequen. Quid tenẽdum? Quid ego ſentiam,aperiam ſuper illa Regu. prohibente concedi mandata à iudicibus Rom.Cu. prò adipiſcenda poſſeſſione beneficiorum ante literarum expeditionem,de qua loquor in 4.q.Reg. Quod cõmiſſio in cauſa nu.13.

*SVMMARIVM.*

1 *Monito N. ad docendum ſe paruiſſe literis.ſi actor inſtet declarari locũ eſſe regreſſui, an procuratori moniti danda ſit dilatio?*

2 *Pœna priuationis, vel caducitatis nõ incurritur,ante partus declarationem.*

3 *Penſionem ſolui inſtans caducitatem remiſiſſe videtur.*

4 *Dilatio conceditur propter ius nouum.*

## QVAESTIO XXVIII.

Vigeſimo octauo quæro* monito N. 1 ad docendum ſe paruiſſe literis Apoſtoli-

poſtolicis in quibus conſtituta erat penſio,& ob non ſolutionem conceſſus erat regreſſus, ſi poſtea ſolutione non ꝓbata actor petat declarari locum fuiſſe regreſſui ob non ſolutionem,& procurator moniti petat dilationes ad partes ad conſulendum eius principalem, an dilatio huiuſmodi concedi debeat? Pro opin. affirmatiua conſidero, quod principalis intentio actoris videtur eſſe, vt aſſequatur pecunias pro pēſionibus nō ſolutis ſibi debitas: monitusque ad alterum duorum tenetur: vel docere ſe ſoluiſſe: vel ſi non ſoluerit tempore debito: ſaltē dum interpellatur, etiam purgādo moram, ſoluere, cum antequam pars aduerſa declaret ſe pœnam conſequi velle: vel inſtare, ſeu profiteri aduer-
3 ſarium priuatum eſſe * pœna priuationis caducitatis, ſeu alia ſimilis nondum dicitur incurſa. prout per omnes in l. 2. C. de iu. emphyteu. & in c. potuit de loca. Et faciunt, quæ voluit in ſimi, D. meus. con. 138. & diligēter. nu. 6. Imò cum moneat aduerſarium ad docendum ſe paruiſſe literis, quæ literæ illū obligant
ad

ad ſolutionẽ penſionũ, nihil aliud velle videtur, quã vt ſoluat, & cùm inſtet pro ſolutione, * omnem caducitatem, 3
& priuationis pœnam remittere videtur. iuxta veriorem, & magis communem opin. de qua per Iaſ. in alle. l. 2. nu. 224. ac. 128. verſ. Secundo quæro, & eſt pulchra quæſt. vbi alios refert. C. de iu. emphyte. Caſſad. Dec. 2. de Loca. poſt num. 3. Si igitur * actor aliam viam, ſeu 4
aliud ius, quam prius tentare viſus eſſet nunc tentat, procuratori ad deſuper ſuum principalem conſulendum, dilationem omnino concedendam fore dicimus: cum noua requiratur inſtructio: nec quis inſtructus veniſſe cenſeri debet, niſi reſpectu iuris, quod aduerſarius intentauerat. ad Rot. 320. licet in cauſis. in nou. & Caſſad. Dec. 2. de dilatio. nume. 4. Contrarium in caſu prædicto concluſerunt Domini de Rota in Toletan. Penſiones coram Camillo. prout Decre. Creſcen. 97. aliàs 9. ſub titu. de Dilatio. incipien. Monitus ad docendum.

ratio-

rationem adducit, quæ eſt, quod in monitorio ad docendum de ſolutione veniebat regreſſus ob non ſolutionem acceſſoriè, de quo monitus certioratus poterat procuratorē mittere ad ſe defendendum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitus pro ſolutione mille, in quingentis debitor, an totum negare poſsit?*

2 *Poſitio in parte falſa, an tota negari poſſit?*

## QVAESTIO XXIX.

1 VIgeſimonono quæro, * monitus vt ſoluat mille, ſi in quingentis tātum ſit debitor, an citra calumniam totum negare poſſit? Pro affirmatiua adduco tex. in l. qui ſolidum. in fi. prin. à cōtrario ſenſu. & ibi Bar. Imol. & Saly. D. de lega. 2. in l. properandum. §. ſin autē alterutra. vbi etiam Iaſ. nu. 12. C. de iudi. Specu. in titu. de lit. conte. §. 2. verſ. Si autem copulatiuè. glo. in c. 2. in ver. rationabili cauſa. verſ. vel poterit ſimpliciter

citer poſitionem negare. & ibidem Gemini.col.3.verſ.Ibi ſigillatim. de cōfeſ. lib.6 glo in c præſentium. in ver.ſigillatim.de teſtib.cod.lib. 6 Bald in l.2.§. quæ obſeruari col 5.ver. Sed quid ſi poſitio.C.de iura.calum. & in l.ea quæ, q. 9.C.de condi.inde.Idem Bald.in c.dudum 2.nu.30. verſ. Quæro pone.de electio.Alber.in l.quod ſæpè in §.veneni,vbi dicit ita obtinuiſſe.D.de contra. emptio. practi.papien. in forma poſition.actoris ingl.ponens. D.meus.Phi. Dec.in l.non poteſt.col.2.verſ.Et ideo. vbi hanc veriorem dicit. D. de reg iur. vbi vedeatur etiam Hiero. Cagno, qui alios citat,nu.4.& ſeq.Aret.in l.præterea.in 2.not.D.manda.Ange.Are.in §. ſi quis agens.poſt nu.17.verſ. Quid ſi actor plus petit.Inſti.de actio. Alex.con. 183.viſo puncto quæſtionis.col 2.verſ. Præterea etiam conſidero, quod dicta poſitio.vol.5. Lanfran.in reper.c.quoniam contra. in ver.reſponſiones.in 9. regu.de proba.Io.Crot. in repet.l.1.§. Si ſtipulanti.poſt nu.5.verſ. Cōtrariam tamen opini. vbi reſpondet rationi in

contrarium adductæ per Imol. dicens, quòd qui ponit mutuaſſe centum, cenſetur affirmare, quod illam quantitatē, & non minorem ipſe mutuauit. Idem voluit Alcia. ibidem nu. 48. hanc magis communem affirmans. D. de verb. obli. Pro negatiua cōcludunt Cyn. Bar. Alex Aret. Iaſ. & alij, hanc communem & communiorem teſtantes. in alle. l. 1. §. ſi ſtipulanti. D. de ver. obli. Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. colū. vlt. verſ. Venio ad verſ. perinde. D. de reb. dub. Io. And. in c. præſentium. col. 6. verſ. in glo. quia poſitio. de teſti. lib. 6. Bal. in l. 1. col. 2. & ſeq. in 6. & 7. quæſt. C. Et dixit Bal. in l. 1. col. 9. C. de furt. quòd negans contractum, perdit illius beneficium. Abb. in c. 1. num. 15. de plus petitio. Anto. de But. in c. 1. col. penul. verſ. Sed eſt dubium, vbi hanc cōmunem affirmat, de lit. cōte. & alij relati in Apoſtil. ad Dec. in alle. l. non poteſt. in ver. in totum. D. de reg. iur. Idem concludit poſt Anto. de But. & Imol. Feli. in c. concupiſcentiam. col. vlt. de conſtitu. Et ratio adducitur, quæ eſt, quòd admitti debe-

at

at pars vera, petens enim totum non videtur excludere partem. Et idem voluit concludens ſubditos denegare poſſe charitatiuum ſubſidium epiſcopo, ſolũ in eo, in quo excedit taxam Belenci. de charita. ſubſi. q. 46. Et Docto. vbi ſupra adducunt diuerſas cautelas, & Aduocatorum practicas. Ego opin. præceptoris mei, p affirmatiua in praxi quoad propoſitum quæſitum ſeruari vidi, & indies, & paſſim ſimilia monitoria ſimpliciter negantur. In curia verò capitolina, & alibi extra Rom. cu. reſpõdetur libello, monitorio, vel præcepto hoc modo videlicet. Negauit narrata prout narrantur, vera fuiſſe, & eſſe. In reſponſione verò poſitionibus, ſi contineant vera, & falſa, tam Romæ, quam alibi dicitur. Non credit vt ponitur. Aduertendum tamen eſt, quòd dictũ Bar. & communis opinio videtur potiſſimè fundari in illis tribus gloſſis. cap. 2. de confeſ. lib. 6. & in c. præſentium, de teſti, eo. lib. Aret. in l. 1. §. ſi ſtipulante. D. de ver. obli. col. 4. ver. Et etiã hoc poteſt inferri, dicit illas gloſſ. videre velle

oppoſitũ, quod ratione partis falſæ totum poſſit negari. Poſtea idem Aret. dum ſubdit illud exemplũ, pono, quòd poſſedi per annos, & tu negaſti poſitionem, poſſim poſtea ponere, quod poſſedi decem annis, & tu reſpondere tenearis, concludit ipſe cum Io. de Imol. pro negatiua, quòd non tenearis reſpõdere. Succeſſiuè idem Aret. negat illud aſſumptum, ſeu ſuppoſitum, quod qui interrogat ſuper toto, videatur interrogare ſuper qualibet eius parte, citans tex. in l. non alienum. in prin. D. de interroga. actio. vbi quòd qui vult ſibi reſponderi de parte, debeat interrogare de toto, & de parte ipſius: & hoc facto ille, qui negat ſimpliciter, videtur negare totum, & partem. Ipſe tandem Aretin. vbi ſupra fatetur magis cõmunem opin. eſſe cum Bar. Corroboro opinionem meam contra Bart. in qua ego reſideo, per ea, quæ adducit Hyppo. de Marſi. ſuper rub. D. de fideiuſſo. nu. 339. verſ. fallit niſi ab ipſo fideiuſſore petatur plus debito: vbi ponit regulam generalem, quòd licitum ſit negare totũ

propter

propter partem plus debito petitam, pro quo etiã citat illas duas glo. de quibus ſupra, & plures, hanc opinionẽ tenentes recenſet idem Marſy. affirmans hanc eſſe communem opin. Tu autem hanc teneas, vel tanquam hodie magis communem, & in praxi, ac in iudiciis receptam, & tanquam ęquiorem, & rationi conſonam.

*SVMMARIVM.*

1 *Contra alterum ex monitis ſub pœnis & c. non reproducentem teſtes ſuſpectos qualiter, & ad quos actus procedendum ſit?*

*Teſtes ad concordiam reducendi.*

2 *Inſtrumentum ſuſpectum de falſo quis reproducere tenetur.*

3 *Teſtes ſuſpectos de falſo quis reproducere tenetur,*

4 *Sub pœna amiſſionis cauſæ, & priuationis, verba quid operentur.*

## QVAESTIO XXX.

TRigeſimo quæro * monentur partes litigantes inſtante fiſco, in cau- 1

ſa ciuili pendente intereſſe habente, ꝙ debeant intra tot dies reproduxiſſe teſtes ſuſpectos de falſo, ſub pœna amiſſionis cauſæ, priuationis iurium, & aliis: vna parte reproducēte, & altera nō, qualiter, & ad quos actus procedendū ſit? Reſpondeo, quòd antequam deueniatur ad decretum huiuſmodi monitorij officium iudicis eſt bene perſcrutari, & oculis (vt aiunt) linceis decernere, ac diligentiſſimè perquirere, an teſtes, qui videantut inter ſe diſcordes, vel ſibi ipſis non conſtare, ſeu contrarii poſſint ad concordiam reduci, vt dixit Bald. per illum tex. in l. item vidēdum. D. de peti. heredi. ac in §. quibus. in 1. conſt. C. & de pace conſtā. in ver. die lunæ. & Bar. in l. gallus. §. ille caſus. D. de libe. & poſthu. quam cōcordiam iudex omni conatu quærere debet, ac omni ſubtilitate: etiam per impropriam verborum ſignificationem, ſubauditionē, extenſionem, & geminationem actuū, & per plures alios modos, de quibus per Roma, in l. 1. in 1. lectu. col. 4. & in 2. lectu. D. ſi cer. peta. per eundem in l. 1.
col.

col.2.D.de no.ope.nun. Feli.in prohe. Decreta.in ver. Rex pacificus .col.2.& ſeq.& communem regulam eſſe dixit D.meus,Phi.Dec.conſ.105.nu. 2. ſuffi-cere cõuenire teſtes in facto principali. Et licet eſſẽt cõtrarij in qbuſdã acceſſo-rijs nõ refert Bal.in l.eos.col.2.D.de fal ſo.& in l.1. verſus.fin. C. de tranſactio. Ange.con.284. ex themate.col.7. Spe-cu.in titu.de teſtib.§.7.verſ.Item quòd de ſuo.Immo etiam in facto principali modica falſitas,ſeu contrarietas nõ cu-ratur ſecundum Ant. de But.in c.2.de regula.Refert Alex. conſi.5.in cauſa in-quiſitionis.lib.1.Verum ſi teſtes cõcor-dari non poſſunt,concludo, quòd* ſi- 2
cut quis tenetur reproducere inſtrumẽ-tum ſuſpectum de falſo.l.vlt.C.de fi.in-ſtru.& per infra modo citandos, ita* e- 3
tiam teſtes ſuſpectos de falſo. Bald. poſt Nic.de Mattharel. in dicta l. vlti. quod dictum pro nota. refert, & ſe-quitur Felin. in cap.per tuas.poſt num. 6.verſ. Vltimo poſt alias adde.de te-ſti. Illa* autem verba, ſub pœna amiſ- 4
ſionis cauſæ, & priuationis iurium,

operantur, quòd contrafaciens, ſeu nõ implens, quæ ſibi mandatur, cauſam amittat, & priuãdus veniat ſuis iuribus, ad c. 1. & ibi Abb. de loca. c. vni. & ibi glo. communiter comprobata. de ſagitta. c. vni. de eo, qui ordi. furti. ſuſce. Seruatis igitur quatuor terminis. Ad docẽdum, ſe repræſentaſſe teſtes, ac paruiſſe monitorio, de ſtilo ſeruari ſolitis, ad declaratoriam amiſſionis cauſæ & priuationis iurium deuenietur, quę declaratoria in ſimilibus neceſſaria eſt. c. cũ ſecundum. cir. fin. de hęreti. lib. 6. vbi etiam Gemini. & Anto. de But. in c. cum cauſam. col. pen. verſ. Quæro quid ſi. de iura. calum. Feli. in c. Rodulphus. verſ. ſed declaratoria ſententia requiritur. & in c. cauſam quæ. in 1. limi. de reſcrip.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitorij ad redintegrationem quando, & qualiter deueniatur?*

2 *Pragmatici Romani formulas norunt, illarum autem cauſas, originem, principia ac rationes ignorant.*

3 *Contu-*

3 *Contumacia in non parendo, vel non cõparendo, & nu. 5.*

4 *Contumax abſque noua citatione mulctari non debet.*

6 *Terminus trium dierum quare in monitorio apponatur?*

7 *Excommunicationis ſententiam praecedere debet trina monitio.*

8 *Triduum terminus competens, eorum, quæ incontinenti fieri, vel probari debent.*

9 *Niſi infra tres clauſulas.*

10 *Niſi quot modis ſumatur.*

11 *Niſi conditionem facit ſuſpenſiuam, in ſententia, ſeu præcepto iudicis.*

12 *Redintegrare monitorium quid ſit.*

13 *Redintegrare potius, quam reintegrare.*

## QVAESTIO XXXI.

TRigeſimo primo quæro * quando, 1
& quomodo deueniatur ad monitorij redintegrationem, & quid ſit, & quid operetur redintegratio huiuſmodi? Hic plura circa praxim Romanæ curiæ tangam, quæ, & nonnulla ex præ-

miſſis, præſertim qua ratione inſtituta ſint, pleriſque pragmaticis Romanis incognita hactenus (vt puto) fuerunt; quibus illud Philoſophi ad fin. 6. libri. Ethico. conuenit. Atque vt robuſto (inquit) fit in corpore ſine oculis ſe mouente, erat enim vehemẽter, ex eo,
2 quia non habet viſum, &c. ſic etiam* pragmatici iſti obſeruationes, & formulas norunt, illarum autem cauſas, origines, principia, ac rationes ignorant. Supponendum eſt imprimis ſti-
3 lus procedendi viam monitorij* illo enim executo, ſi monitus infra terminum præfixum ſibi, non paruit monitorio, vel non comparet; proceditur contra eum vt contumacem. Et licet
4 dubium ſit apud Doct. * an contumax abſque noua citatione mulctari poſſit: verior tamen opin. eſt, quod noua citatio requiratur, ad tex. in l. 2. ibi. Ex cauſa à competenti iudice multa pro iuriſdictione iudicis damnabitur. & ibi. per Bar. in l. lectu. num. 17. D. ſi quis in ius vocan. non ier. per Docto. in l. 1. D. ſi quis ius dicen. non obtempe. per Ma-

ria.

ria.Sozi.in c.veniens.num.9.in vltim. not.de accuſa.& per omnes canoni. in cap.1.de iudi. præſertim per Aret. nu. 61.& Rip.num.80.in 2.conclu. vbi hãc communem opinionem dicunt. Iuxta hanc opin. Romanus ſtilus habet. vt contumax denuo citetur, & non tantum ſemel, ſed & pluries vt infra oſtẽdam, ea potiſſimum ratione, quod nõ ſolum agamus de mulcta, ſeu pœna contra contumacem: ſed & de fulminandis eccleſiaſticis cenſuris, etiam hodie in ſubſidium. Ad quarum cenſurarum fulminationem non niſi ex magna cauſa deueniendum eſt. c. ſacro. de ſenten.excõ & per Doct. in dicto c.1.de iud. Monitus Romæ quatenꝰ infra tres dies debeat ſatisfeciſſe Meuio de aliqua pecuniarum ſumma, poſt illos tres dies citabitur ad videndum decerni mandatum executiuum (& ſi in ſubſidium hodie) ad videndum ſe excommunicari, quia non paruit monitorio. Actorque monitorio reproducto mandatum executiuum contra cõtumacem obtinebit, vel in ſubſidium,

eundem contumacem excommunicari faciet niſi ad primã diem, vel niſi infra tres dies, & regulariter cum intimatione. Excõmunicari etiam quod quis poſſit propter contumaciam, probaui in prima formula commiſſion. in ver. 5 Non paritionis. * Contumacia autem propter quam ſic monitus excommunicatur duobus modis conſiderari poteſt: vel quia contumacia ſit in non cõparendo, vt in cap. quoniam frequenter. ad fin. vt li. non. cõte. ver. Vel in cõtumacem eſt eccleſiaſtica ſententia ferenda. c. ex parte. 1. ibi. Ad intelligendã, de verb. ſigni. c. venerabilibus. §. porrò. de ſenten. excom. lib. 6. & per Rip. in alle. c. 1 de iudi. nu. 29. in 1. Amplia. Vel quia contumacia ſit in non parẽdo, vel contraueniendo præcepto facto, dicto. c. ex parte. ibi. Quia videlicet iuſſus noluit maleficium emendare. c. excellentiſſimus. ad fin. 11. quæſt. 3. & per Rip. vbi ſupra. Et quod quælibet cõtumacia nõ ſolum in non parendo, ſed & in non cõparendo digna ſit excommunicatione, concludit glo. penul. in ver. duo ſunt.

96.

96.diſtin.& notatur in c.accedens.vt li.
non conte.* Quare autem in monito- 6
rio, quod Romæ executioni demanda-
tur indifferenter apponi ſoleat termi-
nus trium dierum, reſponderēt aliqui,
quòd ea ratione fiat, * quia excommu- 7
nicationis ſententiam præcedere de-
beat trina monitio, vel vna pro omni-
bus. quòd probare poſſumus argu.tex.
in l.ad peremptorium. cum pluribus ſe
quen.D.de iudi.& in l.conſentaneum.
C.quomo.& quan.iud. in c.de illicita.
§.de conuentione.24.q.3.& in propriis
terminis eſt tex.in c.ſacro.ſun.declara-
tione glo.in ver. competenti.de ſentē.
excō.in c.ſtatuimus.ſun.glo in.ver.mo
nitionem.& in c. conſtitutionem, vbi
etiã pulchra glo.in verſ. vna pro omni-
bus.eod.tit.lib.6. vide Abb.in ſua pra-
xi.cap.12.nu.4. verſ. Et debet monitio
habere temporis interualla competen-
tia. Vide etiã ſupra quæſt.1.nu.17. Et i-
bi dictis addo, quòd licet excommuni-
cationem præcedere debeat monitio,
ſeu citatio, ſine illis tamen lata ſubſiſte-
re videtur, & valida eſſe. c. ſacro. & ibi

glo.& Docto.de ſenten.excõ.Io. Andr. in c.qua fronte.de appel.Auguſt. Beroi conſ.50.Franciſca mulier.nu.61.verſ.ſimiliter excommunicatio. lib.1. Et iſte
8 terminus trium dierũ * in materia noſtra rationabilis eſt, ſtilusq; huiuſmodi rationi cõſonus. Id enim ſonant verba præmiſſa. Niſi infra tres, ſcilicet dies ſatisfecerit, vel probauerit, ſeu deduxerit vel allegauerit, quamobrem ſatisfacere non teneatur: qui terminus triũ dierum in ijs, quæ incontinenti fieri, vel probari debent congruus, & iuri conſonus videtur, exemplo text. in l. vlt. C. de erro.aduo. vbi triduum ponitur pro termino incontinenti. Quid autem in-
9 ſeruiant illa verba. *Niſi ad primam, vel niſi infra tres, habemus tex. in præallc. c. præterea. 2. de appel. à quo elicitur, q̃ ſi appellatio interim nõ interponatur, lapſo termino quis excommunicatur. Idem voluit Io. And. in c. P. & G. col. 1. verſ. Sed contra ſi lata ſit excommunicationis ſententia. de offi. deleg. ſequitur Lap. Alle. 73. prælatus regularis, col. 2. verſ. Vnde ſi petatur ſententia excõmuni-

municationis contra aliquem, niſi infra terminum ſoluat. Et hæc eſt communis opin. vt per D. meum conſ. 145. quæritur. colum. 2. num. 2. verſ. ſi enim iudex dicat. Niſi ſatisfeceris infra decem dies.* De natura verò illius dictio- 10
nis niſi, & quot modis accipiatur, & qualiter quando hanc dictionem præcedit affirmatiua, & quando negatiua, vide per Dyn. in regula peccatum. lib. 6. per Barba. conſ. 6. lib. 1. colum. 13. poſt nu. 20. Vitali. in cle. 2. nu. 6. de procura. Bar. & Cur. Iun. in l. actionē. C. de trāſactio. per D. meum. conſ. 386. num. 2. & vide duas Apoſtil. ad Abb. in alle. c. pręterea. 2. in ver. materia. de appel. & alios quos referam infra. Infra terminum igitur præfixum hic contumax in non parendo excommunicatus nō erit propter naturam dictionis * niſi, quæ 11
conditionem ſuſpenſiuam facit in ſententia, ſeu præcepto iudicis, dicto cap. præterea. 2. de appellat. & ibi D. meus in princ. & per Bald. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. verſ. Quæro quædam ſententia. Rot. 19. de do.

& contu. aliàs 444. incipien. extra Rotam in fin. & per Sozi. in dicto §. quidã Titio. nu. 9. verſ. Et prædicta inducit. D. de condi. & demon. An venditio ſit pura, vel conditionalis facta ſub illis verbis. Ille fundus centum eſto tibi vẽditus, niſi quis intra calendas Ianuarias meliorem conditionem fecerit. vide text. in l. 1. & 2. & ibi gloſſ. & Docto. D. de indi. adiectio. De conditione ſuſpenſiua, & reſolutiua, videre poteris Sozi. con. vlt. lib. 3. col. 1. in fi. Pariſ. conſ. 5. nu. 12. vol. 4. & Tiraq. de vt. retra. §. 2. Glo. vlt. nu. 74. & ſeq. De natura etiam dictę dictionis niſi, & quod affirmatiuè ponatur quãdo præcedit oratio negatiua vltra citatos, vide tu Canoniſta Geneſ. cap. 28. Nec dimittam, niſi compleuero vniuerſa quæ dixi. Tu autem lęgiſta habes tex. in l. vni. in fin. D. de offic. prę fe. præto. in l. 1. §. quod autem. D. de offic. præfe. vrb. in l. illud. D. de offic. præſid. in l. 2. §. quòd ad magiſtratus. verſ. Neue poſſit in caput ciuis Romani. D. de iuſ. & iur. ac §. cum autem. ibi, Niſi cauſa cognita. Inſti. de actio. & per Pet-

de Bellaper. Inſti. co. in prin. num. 3. De quo etiam vide Bart. in l. ſi cõtra. §. qui. num. 6. & 10. D. ſi quis cautio. & Corn. con. 80. In deciſiuis. nu. 3. lib. 1. ſi verò affirmatiua præcedat, dictio niſi negat. l. actione in 2. niſi. & ibi Bar. nu. 1. & alij. C. de tranſactio. D. meus conſ. 532. pro vera. nu. 1. conſi. 539. Inclita. nu. 7. ac cõ. 595. pro reſolutione. nu. 2. Ratio antem differentiæ quare nõnumquam dictio niſi affirmet, nonnumquam neget, eſt quia eius natura eſt aduerſari præcedẽtibus, prout per eundem Dec. in c. præterea. 2. Poſt prin. verſ. Et natura huius dictionis Niſi, de appel. pro quibus vide etiam modern. Bononi. in c. quod autem. nu. 36. de iu. patro. & in c. nauigantes. nu. 18. de vſur. Et quòd dictio niſi, contrarium inferat, ſeu limitet, probat etiam tex. in l. ſi duo, ad fin. D. de arbit. Et latiſſimè de natura huius dictionis niſi poſt negatiuã, vel affirmatiuã, ſeu in principio orationis. Et quid ſi dictum ſit. Non habeo aliam in vxorem, niſi te, an ſit contractum matrimoniũ, an ſponſalia? Et quid ſi quis promittat

non vendere equum, niſi Titio? Quid ſi quis promittat nõ alienare niſi in familia? Quid ſi Rex Philippus promittat non gerere hoc anno bellum, niſi contra Turcas? & alia ſimilia exempla, & quomodo accipiantur, & declarentur, & quod idem ſit dicere. Nulli alij, niſi mihi vendere promiſit. Vel nulli alij, q̃ mihi, vide latiſſimè per Didac. Couar. in epito. in 4. lib. Decret. par. 2. cap. 4. §. 1. nu. 6 cum alijs ſequen. vbi iura citat. & declarat, ac alios pro pręmiſſis refert. Expoſitiuè autem, non exceptiuè poni tur in l. penul. prout per glo. ibi in ver. niſi D. de libe. homi. exhiben. Redeo ad ſtilum, de quo ſupra, & dico, quod facta intimatione excommunicationis præmiſſæ, & lapſo termino, citato aliàs monito ad videndum ſe declarari, & literas decerni, ac tradi mandari, Auditor Cameræ declarat, ac literas decernit, niſi ad primam diem cũ intimatione. Et aliquando etiã literas tradi mandat. Nonnumquam pro traditione literarum aliam citationem requirit. Succeſſiuè publicantur literæ huiuſmodi,

&

& poſtea deuenitur ad aggrauationem, & reaggrauationem, vna cum inuocatione bracchij ſecularis, intermedio tẽpore decem dierũ. De hoc ſtilo denunciãdi aliquem excomunicatũ, loquitur Pau. Caſtren. iuxta nouam impreſſio. con. 321. viſis actis verſ. Inquantum aũt dicta captura, par. 1. De aggrauatoria, & reaggrauatoria tractaui ſuper 2. formula cõmiſſion. in ver. aggrauandi. Si verò quis in Rom. C. monitus comparet, & monitorium negat, per quam comparitionem vt dixi ſupra in alijs quæſtio. monitorium reſolutum fuit in ſimplicem citationem, actor per ſcripturas, vel teſtes, ſeu aliàs, intentionem ſuam probabit, qua probatione facta, citato aduerſario ad vidẽdum reintegrari monitorium, & mandatum executiuum decerni, ſeu in ſubſidium ſe excommunicari, vel ſi citetur ꝓcurator dicetur, principalem ſuum excommunicari Auditor. Cameræ reintegrat monitoriũ, decernit mandatũ executiuũ, vel in ſubſidiũ iuxta decretũ Conc. Tridẽ. conuentum ſeu monitũ excõmunicat,

niſi ad primam diem, vel niſi infra tres dies,&c. & poſtea deuenitur ad reli-
12 quos actus de quibus ſupra. * Reintegratio monitorij erit illius inſtauratio, ac innouatio, & reductio ad primęuũ ſtatum,& ſic ad ſtatum, in quo erat antequam negaretur. pro quo pondero text. in l. ſi mulier. ibi Reintegrato matrimonio expirat iudicium, & omnia in ſtatu priſtino manent. D. ſolu. matri. ſic & reintegratio poſſeſſionis.i. reſtitutio, quæ vbi petitur proceditur ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ex conſtitutione Marchiæ. lib. 5. c. 8. Et habemus tex. in cap. reintegranda ſunt omnia expoliatis, &c. ſequen. 3. q. 1. Reintegratio etiam vocari poterit ſuſcitatio, ſeu reſurrectio. iuxta text. in l. propter. §. neptis. ibi, Integrato iure debiti. Iun. glo. in ver. integrato, quæ notat actionem extinctam ſuſcitari. D. ad ſillania. l. ſed & ſi manente. ibi, Vt ſoluta iam cauſa præcarij non redintegratur. Iun. glo. in ver. redintegretur. ibi, Eſſet nouum præcarium omnino, non primum verè, vel præſumptiuè redintegrũ,

dintegrum,vel reſuſcitatum.D.de prę-
car.De redintegratione legati,vel fidei-
commiſſi habemus tex.in l.quod ſi ite-
rum.D.de adimen.lega. De actione nõ
redintegranda habemus tex.in l.dedu-
cta. quæ eſt 18.D.ad trebel.Cũ per ꝓba-
tiones factas vera reddita ſint in moni-
torio,& apud acta petita , conſequens
eſt vt monitorium validum reddatur,
executioniq; demandetur, cùm moni-
tus ſatisfacere recuſauerit . Ego potius
dicerem * redintegrare,licet paſſim re- 13
integrare vſurpẽt: Pro illorum opinio-
ne , & pro ſolito more loquendi addu-
co tex.in l.quid ad certum.in fi.ibi, Vt
locatio re integretur.D.loca. & in l. re-
integrato matrimonio. D.ſolu. matri.
vbi etiam glo.vtroque modo legi poſſe
vult pro opin. mea cito Cæſarem lib.1.
Belli ciui. Rurſus(inquit)inſtaurare, &
prælium redintegrare cœperunt.Idem
etiam lib.7.eiuſdem Belli inquit,ſemꝑ
(videlicet hoſtibus)ſpes victoriæ redin
tegraretur.Plin.item in Paneg. Homi-
nis ne iſtud(inquit) eſt hominis potę-
ſtas renouare gaudia,redintegrare læti-

tiam. & prudentiſſimè Terent. in Andria, actu. 3. ſcena 3. amantium iras, ſeu effectus, vel affectus deſcribens dixit. Amantiũ iræ amoris redintegratio eſt. Sic & diuus Auguſtin. de fide catholica hoc verbo vſus eſt, inquiens: Niſi ante finem vitæ catholicus fuerit incorporatus, & redintegratus eccleſiæ. Cauſa redintegratur. Res redintegratur, quid ſignificent vide Iſido. Etimolo. lib. 4. c. 26. de Rebus. in fi. pro ijs etiã videre poteris tex. in l. cũ duæ, q̃ eſt 14. in fi. D. de capti. & poſtli. reuer. & in l. ſtatu liberũ. in fi. D. de ſta. libe. circa ea, quæ tractaui ſupra, nu. 3. cum alijs ſequen. de proceſſu contra contumacem, vide quę ſubijciam ad calcem proximæ ſubſequendæ quæſtionis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Moneto contumaci, an & quando conſuli poſſit?*

2 *Contumaci ante expenſarum refectionẽ audientia deneganda.*

QVAE-

## QVAESTIO XXXII.

TRigeſimo ſecundo quæro, * monito contumaci, an & quando conſuli poſſit? Reſpōdeo, quod is refectis expenſis contumacialibus negabit monitorium, & ſi in contumaciā excōmunicatus fuit abſoluetur. Et hic eſt ſtilus Ro. Cu. iuri cōmuni etiā conſonus. Cōtumaci * enim iuriſdictio, & audientia denegari debet, donec actualiter expenſas ſoluat l. contumacia. D. de re iudi. l. ſancimus. C. de iudi. autē. qui ſemel. §. vlt. vbi etiā Bal. nu. 24 C. quō. & quan. iud. Specu. in tit. de expē. §. vlt. ante nu. 6. Nonnunquā vltra refectionē expenſarū ſatiſdatio requiritur de ſtādo iuri, & iudicatū ſoluēdo iuxta tex. in autē. de exhibē. reis. §. ſi verò ſemel, in fi. cū glo. in ver. fideiuſſorē. c. 1. de do. & cōtu. lib. 6. Iaſ. in alle. l. ſancimus. nu. 1. ver. Adde ꝙ etiā ſi vellet reſarcire. C. de iudi. Excipiuntur ab hac cautionis prǽſtatione in terris eccleſiæ bona immobilia poſſidētes, contra quos de facili executio fieri poteſt. Pro qua praxi, & exceptione ad-

1 2

ducere poſſum⁹ tex. in l. ſciendũ. D. q ſatis. cog, & in §. ſed hodie. Iun. ſumma. & ibi Aret. Inſtitut. de ſatiſdat, & p Sozi. in tracta. Fallen. reg. 45. Excipiuntur itẽ beneficiati vbicunque degentes, qui foro eccleſiaſtico ſubijciũtur. toto tit. de fo. compe. Poſtquam hæc ſcripſeram ſupuenit reformatio Pij V. de anno 1570, prohibens ſic in futurum procedi contra contumaces, nouam dans formam contra illos procedi, ad illam te reijcio.

## SVMMARIVM.

1 *Monito in cauſa criminali, qui in termino non comparuit, an aliqua via cõſuli poſsit?*

2 *Procurator in criminalib⁹ nõ admittitur.*

3 *Excuſator admittitur ad allegandum, & probandũ cauſas neceſſarij impedimenti.*

## QVAESTIO XXXIII.

1 TRigeſimotertio quæro * monito in cauſa criminali in termino non cõparenti in aliqua via conſuli poſſit? ſupponamus Bononiẽſem in ſua patria exiſtentẽ

ſtentem monitum ab Auditore Cameræ ad perſonaliter comparendum infra 15. dies ad expurgandum ſe ſuper nonnullis delictis, illis, vel illorum aliquibus ſpecificatis, ſeu etiam non ſpecificatis; hic in illo termino non comparuit ſibi aſſignato, nec illius procurator, qui
*procurator etiam ſi comparuiſſet in 2
cauſis criminalibus admiſſus non fuiſſet, ſed requirebatur perſonalis comparitio. l. penul. §. ad crimen. D. de publi. iudi. l. ſeruum quoque. §. publicè. vbi Docto. D. de procu. c. dilecti. de do. & contu. Aret. & Mar, Sozi. in c. veniens, de accuſa. vbi num. 10. ſubdit rationes, quare in cauſa criminali interuenire non poteſt, alter Sozi. ſuper fallen. Reg. 322. Aegid. Boſſ. in praxi crimi. tit. an in crimi. iudi. quis poſſ. per abſen. interue. imò etiam ſi ipſe monitus perſonaliter comparuiſſet apud notarium, vel etiã apud Iudicem, expenſaſque contumaciales refeciſſet, negaſſet monitorium, cauiſſetque de ſtãdo iuri, & iudicatum ſoluendo iuxt. ſtilum de quo in proxima præcedenti quæſt. ac procuratorem

conſtituiſſet, & poſtea aufugiſſet, vel latitaſſet, adhuc contra ipſum, prout prius, ꝓcederetur, & ſic quoad ipſum ceſſant deducta in præcedēti quæſt. In propoſito quæſito, conſiderandi ſunt tres caſus. Primus ſit, quando quis in cauſa criminali monitus ad perſonaliter cōparendum, in termino ſibi præfixo non cōparuit, ſed poſtea perſonaliter cōparet, volens innocentiam ſuā oſtendere, & refectis expenſis contumacialibus ex vinculis ius ſibi dicitur. Secūdus caſus erit, quādo ſic monitus erat infirm', ſeu carceratus, vel aliter ad tēpus impedit',
3 & tunc admittitur * excuſator ad deducendum, & probandum cauſas neceſſariorum impedimentorum facti, & quilibet tunc admittetur, etiā mulier, vel minor, ac infamis, vt notatur in l. ſeruū quoque. §. publicè. D. de procu. & Bart. in l. pen. §. ad crimen. & ibid. Bald. & Imol. D. de publi. iudi Inn. Io. And. Ant. de But. in c. veniens. & ibid. Mari. Sozi. nu. 46. de accuſa. vbi ſubdit hāc eſſe cōmunem opin. Aegid. Boſſ. præalle. titu. an in crimi. iud. quis poſ. pro abſen. nu. 10.

10. quæ ſi per iudicem legitimæ declarentur, expectabitur tempus, quo impedimenta tollantur, vel admittetur procurator, præſertim ſi cauſa non ſit capitalis: ſi verò excuſationes vt vanas, & calumnioſas reiecerit, ad vlteriora procedet. Tertius erit, ſi impedimēta, quæ allegantur, ſint perpetua, illaq; per iudicem legitima declarentur, tunc vel remittetur cauſa huiuſmodi ordinario loci, vel ordinario viciniori, vel deputabitur cōmiſſarius cum ampliſſima facultate ad locum vbi degit monitus impeditus deſtinandus, vel ſi Romæ cauſa tractari debeat, admittetur procurator & cautela erit, quòd pendēte proceſſu huiuſmodi in Ro. Cu. ille monitus impeditus in partibus cuſtodiatur, vel carceribus mācipetur, ſeu propria domus, vel alter locus pro carcere ſibi aſſignetur, additis ſi videatur cautionibus de tuto carcere, vel de non diſcedendo, & ſimilibus.

*SVMMARIVM.*

*1 Declaratoria, ſeu ſuſpenſio à diuinis,*

*nis, & redintegratoria monitorij, an ſint contrariæ?*

2 *Suſpenſio à diuinis in quo differat ab excommunicatione.*

## QVAESTIO XXXIIII.

1 TRigeſimoquarto quæro,* an ſentẽtia declaratoria, ſeu ſuſpendens à diuinis, item redintegratoria monitorij ſint contrariæ? Pro opinione affirmatiua ſubdo Rotæ decretum in cauſa Abricen. penſion. inter Cardinales de Carpo, & Annabault corã Veſtano die Veneris 25. Octob. 1549. Rot. (prout bon. mem. Nouatus annotauit) dixit ſententiam contrariam in quantum declarauit, itẽ reintegrauit monitorium, pro cuius Dec. intellectu ſupponẽdum eſt, quod citato procuratore Annabault, ad videndum reiterari quatuor terminos in negocio declarationis ſeruari ſolitos in vim Innocentianæ, & ad ſententiã declaratoriã, ſiue principalẽ ſuum ſuſpendi à diuinis, quia non paruit monitorio, ſiue reintegrari monitorium, procu-

procurator de Carpo obtinuit dictos terminos iterari, ac ſententiam ferri, ſententia ſubſcripta fuit, ſuper redintegratione monitorij, & declaratione incurſus in cenſuras in monitorio contẽtas ob non paritionem. Hæc inter ſe cõtraria, & repugnantia ſunt, vt apparet ex ſtilo, de quo ſupra: ſi enim quis non comparet, proceditur ad excommunicationem ob non paritionem monitorij, nec redintegrationi monitorij huiuſmodi locus eſſe poteſt monito non comparente, ſi verò negatum fuit monitorium, tunc ad illius redintegrationem probationibus, vt præmiſi, factis deueniendum eſt, aliòqui probationibus debitis non factis monitorium iuſtificatum, ſeu comprobatum dici non poterit, ſed vanũ, & inanè redderetur. ad con. Pariſ. 45. Ruit monitorium. nu. 12. verſ. tertiò poſito. vol. 4. Et ſic Rota voluit nõ poſſe ſimul ꝓcedi ad ſuſpẽſionem à diuinis, ſuſpenſioniſque declarationem, ob nõ paritionem monitorij, & ad eiuſdẽ monitorij redintegrationem, Amplio idem dicendum eſſe in

excommunicatione, licet præmiſſa Rotę deciſio ſit in caſu ſuſpenſionis à diuinis, quæ quantum ad rē noſtrā attinet, in hoc ſolum differt * ab excōmunica-
2 tione, q. hæc in clericis. & laicis pcedit; ſuſpēſio verò in ſolis clericis. ad tex. in c. quærenti. de ver. ſigni. per Io. de Ligna. in tracta. cenſ. eccleſia. per Hoſtien. in ſum. de ſenten. excō. & per Lamber. de iu. patro. par. 1. lib. 2. art. 9. nu. 3. Quod autem ſint ſuſpenſionum genera, latè proſequitur, & declarat glo. in cle. cupientes, in ver. ſuſpenſi, de pœnis. Et de multiplici ſuſpenſione à diuinis tractat Sozi. in c. ad audientiam. nu. 23. verſi. tu dic, de homici.

*SVMMARIVM.*

1 *An appelletur a redintegratione monitorij.*

2 *Appellatur de iure canonico ab omni grauamine.*

3 *Appellationibus non obſtātibus redintegrationes monitoriū ſuos conſequūtur effectus.*

4 *Appellans repoſitus conqueri non poteſt.*

5 *Termi-*

8 *Termino iuris pendente nõ attentat iudex procedens.*

# QVAESTIO XXXV.

TRigeſimoquinto,* an à redintegratione monitorij appellare liceat? 1
Reſpondendum eſt affirmatiuè, cùm de iure canonico non ſolum à ſentētia diffinitiua, vel vim diffinitiuę habente,
* ſed & ab omni grauamine appellare liceat. cap. ſuper eo. & c. vt debitus. de appell. cap. cordi. eod titu. lib. ſexto. cum vulga. & ſi licet appellare à monitorio, prout ſupponit Rota facto. dub. 15. cauſa. 5. in poſitione caſus, ac Pet. de Anch. conſ. 297. efficacibus. poſt nu. 3. ver. vnde quia fuit poſtea à tempore ſcientiæ appellatum infra decem dies &c. Et ſic legendum eſt ibi non autem oppoſitum à monitorio, vt paſſim legitur. Et quòd legendum ſit appellatum, colligitur etiam ex ijs quæ ibi ſubijciuntur. Igitur eadem ratione ab illius redintegratione. verum cõmunis ſtilus 2

Auditoris

3 Auditoris Cameræ ſemper ſe habuit, * quòd non obſtantibus quibuſuis appellationibus, monitorium redintegrationes ſuos vlteriores cōſequantur effectus, quo modo autem id procedat, paucis oſtendam: poſtquam monitorium redintegratū eſt, ſi pars nō appellat expeditum eſt: quòd ſi appellet, iudex altero de duobus modis, vt ad vlteriora appellatione non obſtante procedere poſ-
4 ſit, tutus erit: vel enim * reponit appellantē, & ſic aſſerto grauamine ſublato is conqueri non poterit. ad l. quod iuſſit. D. de iudi. & c. cum ceſſante. de appella. Et de hoc modo reponēdi intelligi debet. Rot. Bellem. ſi admiſſio articulorum. Aduerſarius à repoſitione ſucceſſiuè appellabit, idemque reponetur, & inter has, & alias repoſitionum viciſſitudines ad vlteriores, & poſtremas deuenietur executiones. Altero modo cautum erit iudici monitorium redintegranti, ſi is appellanti terminum iu-
5 ris aſſignet, * quo pendente, citra periculum attentandi, iudex à quo procedere poterit. Rot. 405. not. quòd ſi iudex.

dex, in antiq. quæ eſt eadem in nou. 128. ſi iudex. Bellam. Dec. 622. Cappel. Tholoſ. 323. Boe. qui hanc cōmunem affirmat, Dec. 256. in fi. Natta in clem. ſæpè. col. 58. in 6. limi. Et hæc opin. tenenda eſt, licet contrarium ſenſerint Bald. in l. appellat. C. de appel. & Phi. Fran. in c. perſonas, col. penul. verſ. ſed dubitatur de appel.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitorio executo declaratoria quem in cenſuras, & pœnas incurriſſe non in monitorio, ſed in literis contentas, an ſubſiſtat?*

2 *Quatuor termini ad docēdum ſe paruiſſe, &c.*

## QVAESTIO XXXVI.

TRigeſimo ſexto quæro, * decreto monitorio cum in ſertione bullarum penſionis reſeruatæ in forma, & monita parte, ac ſeruatis quatuor terminis, ad docendum ſe paruiſſe moni- 1

torio, aduerſarius negauit monitoriũ, fuit obtenta commiſſio, quod Auditor ſeruatis quatuor terminis procederet
2 ad diffinitiuã, vel declaratoriam. * De quibus quatuor terminis habemus in ſimili per Feli. in c. ad probandum. de re iudic. poſt nu. 6. & per Caſſa. Dec. 6. nu. 10. de cau. poſſ. & propr. Et Auditor non redintegrato monitorio, proceſſit ad declaratoriam ob non paritionem literarum, declarando illum incidiſſe in cenſuras, & pœnas non in monitorio, ſed in literis contentas. Quæro an declaratoria huiuſmodi ſubſiſtat? in cauſa Segobien. reſeruation. fructuum coram Puteo inter Ludouicum Mendozza, & Petrum Gundiſalui, ac Hieronymum de Silua, ſub die 12. Decembris 1544. pro opinione affirmatiua concluſum fuit, prout ſuppoſito caſu præmiſſo annotauit Cardinalis Puteus dec. 54. de iudi. ſubdens, quod ex quo monitorium continebat in ſe literas. & eaſdem cen. de quibus in literis, quod terminus ad docendum paruiſſe monitorio ſeruiebat, ac ſi dictum fuiſſet ad docendum

dum ſe paruiſſe literis. Item dictum fuit, quod monitorium non erat reſolutum per negationem. attenta forma cõmiſſionis, & quod aliud eſt, quãdo decernitur auctoritate ordinaria, quia tunc ponitur clauſula, *Si ſenſeris, &c.* De qua clauſula, *Si ſenſeris,* locutus ſum ſupra q. 13. & de redintegratione monitorij tractaui ſupra. quæſt. 25.

## SVMMARIVM.

1 *Monitorium ſub cenſuris an afficiat inopem, vel impotentem.*
2 *Pauper non appellans axcuſatur.*
3 *Pauperi non proſequẽti appellationem, concedi biennium.*
4 *Pauperes non cogendi ad ſolutionem collectarum.*
5 *Pauperi remiſſio facta per officialem ſubſiſtit.*
6 *Charitatiuum ſubſidium à pauperibus exigi non debet.*
7 *Pauper generaliter excuſatur à cautione præſtanda.*
8 *Excommunicationis ſententia contra*

*inopem notorium eſt nulla.*

9 *Excommunicationis ſententia fertur propter contumaciam.*

10 *Abſoluendus ab excommunicatione ſatisfacere non valens.*

## QVAESTIO XXXVII.

1 TRigeſimo ſeptimo quæro,* an monitorium ſub cenſuris, afficiat inopem, vel impotentem, & excommunicatio contra eum poſtea lata ſit valida?

2 Videmus in ſimili* pauperem non appellãtem, vel appellationem non proſequentẽ excuſari. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. D mand. c. non iniuſtè, vbi omnes. de procura. glo. fi. in l. inuitus. C. eo. tit. authẽ. de iisq; ingre. ad appel. in prin. glo. fi. in l. minoribus. C. de iis, qui. vt indi. Bal. c. 2. col. 4. vt li. penden. idẽ Bal. in c. ſi qui teſtiũ. ac Feli. de teſti. lace. Hyppo. de Marſi. alios referens, & ad plura inducens, con. crimi. 10. caſu. dubitatiuus. nu. 37. & ſeq. lib. 1. Caſſad. dec. 6. de appellat. vbi in prin. alios ad idem citat. Et voluerunt Innoc. & alij in

3 c. ex ratione, de appel. pauperi * nõ proſequenti

ſequenti appellationem concedi biennium. quod etiam affirmant Bal. in l. 2. §. ſi quis in iudicio, quæſt. vlt. D. ſi quis cautio. & Feli. in cap. ſignificantibus. de offic. deleg. nu. 5. Videmus etiam * pauperes cogi non poſſe ad ſolutiones collectarum. l. 3. §. inopes. D. de munc. & hono. c. licet. & c. cum apoſtolus. §. ſi. verſ. In pauperibus autem locis, de cenſi. & dixit Bald. in authen. defuncti. col. 3. C. ad Tertull. quòd ad collectæ præſtationem non tenentur pauperes, qui ſi ſcripti ſint in æſtimo, cancellari debẽt, quorum opera vix ſufficit alimentis. Hinc inferunt * pauperi remiſſionem collectæ factam per officialem ſubſiſtere, gloſſ. fin. in l. omnes penſitare: quam ſequuntur ibi Bar. & Luc. de pen. C. de anno. & tribu. Roma. conſ. 50. idem in præfata. col. 2. ver. Et primum illorum. Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iudi. latre. Dec. 136. exactor publicus. ſic etiam dicimus * charitatiuum ſubſidium à pauperibus exigendum non eſſe. argu. tex. in l. placuit. verſ. ſi verò aut paupertas. 1. quæſt. 2. c. ſtatutum. §. inſuper, de

4
5
6

reſcr.lib.6.Bar.Bellenci.latè quæſt.30. & quæſt.47.nu.8. Pauper item immunis eſſe debet à ſolutione notario faciēda pro confectione inſtrumenti. iuxta tex.in l.tam dementis ad fi.cum glo.fi. C.de epiſco.audien.c.charitatem.12.q. 2.Iaſ.in §. tripli.col.penult. inſtit. de actio.Quādo paupertas proſit, vel noceat ponit Alex.con.50.vol.4. Feli.in c. ex ratione.de appel. Cagno.in proœ. D.
7 nu.162.ſic etiam dicimus* pauperem generaliter excuſari à cautione pręſtanda,vt ſentit gloſ.in verſ. dubitetur.ver. Aut vult excuſari tanquam pauper,in l. ſi verò.D.qui ſatiſd.cogan. authen. generaliter autē.verſ. vel ſi fideiuſſorem dare non valeat.C.de epi.& cleri. gloſſ. Bart.& alij in l.4.C.de vſufru.glo.& docto.in cap.qua fronte.de appel. docto. in l.1.D.qui ſatiſda.cogan. intelligendo tamen,vt per Rom.conſ.439. nu.10. & per Iaſ.in l.1,nu.10.C.de procu.Gui.Papæ Dec.189.circa, vbi bona additio. & per alios relatos per Tiraq.de vtr. retra. par.prima,§.1,glo.18.nu.49.Verum in proprijs terminis noſtri quæſiti Docto.

in c.

in c. P. & G. de offi. dele. diſtinguũt, vt ibi videri poteſt. Ant. de But. cõcordans opin. antiquorum, & concludit* quod 8
ſi inopia ſit notoria, ſententia excõmunicationis in eum lata ſit nulla, velut lata cõtra notorium, puta ſi ſit lata cõtra eum, qui ritè, & rectè admiſſus iam fuerat ad ceſſionem bonorum, ſeu ad beneficiũ. c. Odoardus. de ſoluti. vbi vide Abb. verſ. gloſ. quæ eſt in ver. nõ valente. vel c. puenit. de fideiuſſ. Et eſt ratio, 9
quia ceſſat* contumacia, propter quã excõmunicatio fertur. Mil. in reper. in ver. excommunicari nõ poteſt. Si verò inopia nõ ſit notoria, tunc excõmunicationis ſentẽtia valeat, ſed probata inopia excõmunicationis ſentẽtia ſit retractãda, & excommunicatio ſine difficultate relaxanda. ad c. à nobis, de ſenten. excommu. & c. peccatum. de regu. iur. lib. 6. & per Card. poſt gloſ. in clem. 2. §. 1. de here. pro præmiſſis vide Dom. meum Philip. Dec. pulchrè diſtinguẽtem in allc. c. P. & G. col. 2. & 3. de offic. deleg. quem etiã nouiſſimè ſeqtur Gal. ad for. Came. q. 3. ad 4. par. obl. Cam. nu. 2.

& in 3.par.in quæſt.proceſſus.num 24.
verſ.an autem proferenda ſit ſententia,
Non ſolum autem pauperes non ſunt
excommunicandi, ſed ſi fortè excom-
municati eſſent, conſtito de paupertate,
& inopia, ac de impoſſibilitate, ſatis-
10 faciendi, *ab excõmunicatione abſol-
uēdi erunt, argu, tex. in c. à nobis.2. ibi,
Quem non contemptus religionis, ſed
neceſſitatis articulus impediuit, de ſen-
tent. excommuni. & in clemen. 1. §. pe-
nul. in fin. ibi. Et tunc ſatisfactione præ-
miſſa. iunct. glo. penul. Ioan. Andr. quæ
dicit, & hoc intelligo, ſi facultas eſt ſa-
tisfaciendi, & clement. ſeq. Iun. gloſſ. in
ver. ſatisfecerit. quæ ſupplet, ſi habeat
vnde, aliàs paupertas excuſat, &c. de
heret.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitorium, vel præceptum an æquipolleat libello, ita quod alius libellus non requiratur.*

2 *Aequipollens nõ ſufficit vbi aliquid pro forma requiritur.*

3 *Libellus in qualibet cauſa, & coram quocunque*

*cunque iudice regulariter requiritur.*
¶ *Libellus quando non requiratur.*

# QVAESTIO XXXVIII.

TRigeſimo octauo quæro,* an monĩ 1
torium, ſeu præceptum æquipolleat libello, ita vt libellus nõ requiratur, vbi monitorium, ſeu præceptum præceſſit? Pro opin. negatiua arguit, & concludit Ioan. Baptiſta de Caſtell. in loco. Infra citando, cuius argumentum ita reduco, vbi aliquid requiritur pro forma non poteſt adimpleri per * æquipollẽs, 2
Doct. in l. 1. D. de libe. & poſthu. & in l. hac conſultiſſima. C qui teſtamen. fa. poſſ. Bald. in l. minoribus nu. 4. ver. ſed in appellatione. C. de his qui. vt indi. Ang. in l. vbi autẽ, §. illud. D. de ver. obli. Feli. in proœ. de decreta. verſ. itẽ nu. 32. Rebuff. in tracta. nomi. q. 14. nu. 34. & ſeq. & ſuper concor. in §. teneantur ſub rub. de collatio. in ver. cognomina. in fin. Dec. in l. certum. nu. 3. & ſeq. D. ſi cer. pet. * libellus in qualibet cauſa re- 3
gulariter requiritur à lege, & corã quo-

cunque iudice. authen. offeratur. C. de litis conteſta. vbi in fin. additur decretum irritens: per Bart. & alios in l. ędita. C. de æden. per canoni. in titu. de libell. obla. per Specul. de libell. concep. Et quia, vt præmiſi, in dicta authen. offeratur. adiecta fuit nullitas aduerſus nõ obſeruantiam illius diſpoſitionis, inducta fuit forma ſubſtãtialis. Bal. Ange. Imol. Alexã. & Iaſ. in l. 1. D. de libe. & poſthu. Roman. conſi. 66. viſo. nu. 2. Alex. in l. hac conſultiſſima, poſt numerum quartum verſic. & ſi ſtatutum. C. qui teſta. fa. poſſ. patet quod per æquipollens, & ſic per præceptum, ſeu monitorium non poterit ſuppleri oblatio libelli, ſed libellus ipſe requiretur, prout coram quocunq; iudice, & in quibuſcunque cauſis (vt præmiſi) requiritur. Et in terminis præcepti (vt præmiſi) Ioan. Baptiſta de Caſtel. pro hac opin. negatiua cõcludit in quibuſdam ſuis allegatio. poſitis poſt ſyng. Fran. Crem. col. 21. verſi. nec dicatur quod iſto caſu præceptum fungitur vice libelli, quia iſtud eſt falſum, nam vbicunq; aliquid requiritur

in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0182-6

in aliquo actu pro forma, illud non poteſt adimpleri per æquipollens &c. Opinio affirmatiua verior eſt, & ſeruatur vt abſque alio libello procedatur ad pœnas in mandato, vel præcepto, ſeu monitorio contentas, ad decretum mandati executiui, ad cenſurarum eccleſiaſticarum fulminationẽ, ad redintegrationem ipſius monitorij, prout ſupra latè q. 31. Immo ipſemet Io. Baptiſta de Caſtello vbi ſupra col. 26. Pro hac opin. affirmatiua ſentire videtur, dum inquit, Licèt enim libellus, ſi illud præceptum loco libelli poteſt eſſe generalis, & obſcurus, &c. Et quia præcepta & monitoria huiuſmodi decernuntur à Iudicibus, qui procedere poſſunt ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: vel conceduntur pro cauſis ſic cognoſcendis, & terminandis, nõ ſolum erunt etiam vice libellorum,* imò libelli nullo modo requirentur, eſt tex. clarus in clem. ſæpe, vbi omnes, de verbo. ſigni. Bart. in extraua. ad reprimendum, in ver. & figura verſ. item an requiratur petitio. Cardin. & alij in cle, 4

diſpendioſam. de iudi. Oldr. conſ. 244. ad obiectus. poſt prin. vbi quòd in cauſis, in quibus proceditur ſummariè, & de plano, ab articulis incipi poteſt, nulla præcedente petitione. Rot. 33. quando committitur, circa medium, ibi. Omiſſo termino ad libellandum. in nouo. de Amicis de Vena, con. 153. facti ſeries, num. 3. vbi quòd hic modus incipiẽdi proceſſum à præcepto (ſupple tu vel monitorio) inuentus fuit à Cur. Rom.

## *SVMMARIVM.*

1 *Abſens à beneficio vt priuari poßit qd requiratur?*
2 *Moneri debet abſens à beneficio, quod reſideat, ad hoc vt priuari poßit.*
3 *Declaratoria requiritur in priuatione.*

## QVAESTIO XXXIX.

1 TRigeſimo nono quęro * quid requiratur vt abſens à beneficio priuari poſſit? Supponendum eſt, quòd beneficia omnia reſidentiã requirunt, prout

ut probo in 13.q.1. Regu. Cancel.n.u.5. & amplio nu. 6. iuxta 2. Aeditio. Ruiſus quòd beneficia ſimplicia ex eccleſiæ cõſuetudine reſidentiam non requirunt, vbi ſupra, nu. 8. ſi igitur loquimur de beneficijs reſidentiam requirentibus: aut quis eſt priuilegiatus à iure ne reſidere teneatur: prout in caſibus, quos recenſeo ſuper ſigna. Gratiæ titu. de Indulto percipiendi fructus in abſentia cir. prin. Vel etiam quis impetrauit reſcriptum, quòd fructus in abſentia percipere poſſit. prout in formula ſupplicationis facultatis percipiendi fructus in abſentia quam vbi ſupra ſubijcio: & tunc priuilegiatus à iure communi, vel ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ à nemine moleſtari poterit. Aut loquimur in nõ priuilegiato, & ad reſidendum obligato de iure, conſuetudine, vel aliàs, & tunc * moneri debebit abſens à beneficio, vt infra aliquod congruum tempus perſonaliter accedat ad ſuum beneficium, & ad reſidendum in eo, & debita ſeruitia præſtandum ſub pœna priuationis in euentum non paritionis ad text. in c. ex 2

tuæ.& in c.fin.de cleri.non reſi.c.fin & ibi glo.& Docto.de reſcrip.lib.6.glo. in ver.adiuuãtur.in prin.in §. 1.& ibi Docto.Inſti.de mili.teſta.Oldra.con.95.articuli.Gaſp.Cald.con.17. quod eſt inter conſ.Anch.& incipit ſuper primo. dec. Neap. Afflit.229.ſereniſſimè. Rip.in c. 1.in 9.not.nu.28.de iudi.Poſt monitionem huiuſmodi, & lapſum termini præfixi ad reſidẽdum cautela erit eundẽ citare in loco beneficij, ſeu alibi iuxta facti contingentiã ad docendum ſe paruiſſe primo pro prima, ſcilicet dilatione, ſecundo pro ſecunda: tertio pro tertia. Et quarto pro quarta, & ex ſuperabũdãti. Nõ docto ex aduerſo quod paritũ ſit deueniendum erit ad declaratoriam priuationis.ad Rot.5.in anti. & Caſſad. Dec 6 de cau.poſ.& propr.nu.10. Et hu
3 iuſmodi * declaratoria neceſſaria eſt, prout in ſimili probatur ex tex. in c. cũ ſecundum cir.fi.de heret.lib.6. & ibi per Io.And.& Gemini.Bal.Alex.& Iaſ. nu. 25.in l.ſi quis maior.C.de trãſactio.latè Feli.in c.Rodulphus.verſ.ſed declaratoria ſententia requiritur, de reſcr.

SVM-

## *SVMMARIVM.*

1 *Reſcripto obtento cum clauſula quod monitorium decernatur conſtito de aſſertis, an ſi non conſtet monitorium ſubſiſtat?*

2 *Conſtito de aſſertis clauſula quid operetur.*

## QVAESTIO XL.

QVadrageſimo in reſcripto narratur A. prouiſum à Papa de beneficio reſeruato, & quod idem A. impeditur à B. ne gratiā huiuſmodi effectui demandari facere, ac poſſeſſionem aſſequi poſſit Papa mandat Auditori Cameræ, vel alteri iudic vt conſtito ſibi de reſeruatione, & collatione præmiſſis moneat B. ſub pœnis, & cenſuris ad relaxādum huiuſmodi beneficium. Auditor Cameræ, vel alius iudex de præmiſſis non conſtito monitorium decernit, quæro an * illud ſubſiſtat? Pro opin. affirmatiua videtur concludendū ex ijs quæ in ſimili diximus in tracta. Inhibitio. q. 25. 1

vbi concluſimus etiam propter Rotæ decreta inhibitionē vigore cōmiſſionis habentis clauſulam cōſtito de aſſertis, de illis nō conſtito emanatam ſubſiſtere, & afficere. Idem dicamus in monitorio. Inſuper iuxta thema præmiſſum pro opin. affirmatiua cōcludit Pet. de Ancha. conſ. 297. efficacibus. nu. 7. verſ. Ego credo contrarium ponderans & probans, hunc Auditorem dici merum executorem. vel ſaltem mixtum: vnde is non teneatur aliquem iuris ordinem ſeruare: ſed ſimpliciter purā gratiam executioni demandare, ſicut executor ſententiæ, per tex. in l. executorē. D. de exe. rei. iudi. Et Pet. de Ancha. in dicto conſi. 297. quod citare voluit ſequitur Sozi. con. 99. ſereniſſimus, poſt nu. 10. ibi. Et ita cōſuluit Pet. de Ancha. lib. 3. Opinionem negatiuam veram puto, per ea quæ adduco in alle. quæſt. 25. nu. 3. in tracta. inhibitionum; & per rationes, & ponderationes, quas facit idē Pet. de Ancha, pro ratione dubitandi, ſeu pro hac opi. negatiua. & Sozi. dicto conſi. 99, qui in hac opin. negatiua reſidet.

ſidet. Et rationes potiores ſunt, quia dicta clauſula.*Conſtito conditionem facit: ante conditionem igitur impletā iudex non habuit iuriſdictionem : nec iudex dici poterat. per tex. in c. ab excō-municato. cum ibi nota. de reſcr. Ergo monitorium, & inde ſecuta nulliter ꝓceſſerunt. Amplius dato, & non conceſſo, quòd conditio non induceretur. vel non obſtaret : cum data ſit forma in reſcripto illa omnino ſeruari debet; qua non ſeruata ruunt omnia per tex. in l. diligenter. & l. præceden. D. manda. & in c. cum dilecta. de reſcr. cum vulga. Non obſtant Rotæ decreta, de quibus ad calcem præal. quæſt. 25. de inhibitio. quia ſunt diuerſi termini à præſenti quæſito. Immo ſemoto ſtilo, & Rotæ obſeruantia aliter dicendum fuiſſet : ille autem ſingularis ſtilus, & obſeruantia nō ſe extendit ad caſum noſtrum diuerſū. Quo ad conſi. Ancha. reſpondeo quod non caret dubio. Et præponderare videntur rationes, quas præmiſerat contra monitorium. Et quatenus opin. Ancha. ſubſiſteret limitanda eſſet in illis

terminis ſuis, quando monitorium decernitur à mero executore. Vel ad plus à mixto. Vltra quòd ipſe Ancha. videtur variare thema, cum prius ſuppoſuerit non conſtitiſſe de illis, de quibus cõſtare debebat: poſtea verò ſupponit, ꝙ ex literis, & ex actis conſtaret de aſſertis. Inſuper videtur ſe reſtringere circa ſolam executionem gratiæ purè factæ. Nec ob. quòd Sozi. con. Anchar. ſequatur: quia ſequitur quoad rationes, quas præmiſerat: & ſic in opin. noſtra (vt pręmiſi) reſidet, plura ad rem adducendo. Generaliter igitur concludamus monitorium nulliter emanaſſe ſtante clauſula conſtito de aſſertis, antequam de illis conſtet. prout etiam in terminis noſtris probat, & concludit Paris. conſ. 45. ruit monitorium nu. 3. vol. 4.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitus vt infra decem dies aliquid faciat, ſi interim efficiatur alterius fori, an excommunicationis ſententiam incurrat?*

2 *Excommunicatio prælati non ligat niſi ſubditum.*

3 *Excommunicatio ſub cõditione, vel die quando afficiat?*

## QVAESTIO XLI.

QVadrageſimo primo quęro Epiſcop⁹ Amerin⁹ monet. A. eius ſubditũ, vt infra decẽ dies aliquid faciat ſub pœna excõmunicationis etiã ipſo facto incurrendæ: dictus A. termino huiuſmodi pẽdente efficitur fori epiſcopi Narn. an * adueniente termino incurrat ſen- 1
tentiã excõmunicationis ſi non fecerit id. ad quod faciendũ monitus erat? Pro opi. negatiua videtur tex. in c. Romana. reſpõ. 2. de ſentẽ. excõ. lib. 6. vbi * quod 2
excõmunicatio prelati nõ ligat niſi ſubditum. * Excõmunicatio autẽ ſub con- 3
ditione, vel die non afficit eũ, in quem fertur niſi dies, vel conditio veniat: nec prius lata, vel inflicta cẽſetur: nec trahitur retro. iuxta tex. cũ ibi nota. & cõmuniter doct. in c. præterea. 2. de appel. Ancha. cõ. 158. ex narratis. nu. 20. ver. cõtrariũ credo verum. At dũ excõmunicatio

effectum ſuum ſortiri debeat: excommunicandus fuerat alterius fori, ergo ipſum afficere non poterat. Pro opinio. verò affirmatiua cõcludere videtur Fede. de ſen. conſ. 97. quoniam vbi. nu. 4. per tex. in c. propoſuiſti. de fo. compe. Et pro hac opin. in ſententia excommunicationis ſub conditione concludit Bartho. Brixien. quæſt. Veneria 42. in prin. eſto quòd ſententia excommunicationis. Hanc quęſtionem in terminis poſt Archid. & Damaſ. poſuit Ioan. Andre. in regula cum ſunt iura partium. col. penul. verſ. Tertium quæſti. membrum, ex cuius dictis verſ. Poſſet autem iſta opinio. Archid. hæc vera, & communis diſtinctio elici poteſt videlicet, Aut non ceſſauit cauſa excommunicationis, & vera ſit opi. affirmatiua quod excommunicationem incurrat. Aut ceſſauit cauſa excommunicationis, puta excommunicatus erat ſi infra menſem non faceret reſidentiam in beneficio: vel illius ratione non reciperet ordines: infra tempus contraxit matrimonium: vel primo beneficio dimiſſo trãſ-

latus

latus eſt ad alterum, & opinio negatiua procedat. Ad Ioan. And. vbi ſupra ſe remittunt. Fed. de ſent. dicto conſi. 97. & Lap. Alle. 47. magiſter hoſpitalis. nu. 4. verſ. Alia regula eſt quod ſentẽtia excommunicatiouis lata in diem, vel ſub conditione. Gemini. in cap. 2. poſt nu. 17. in 3. quęſt. de conſti. lib. 6. Abb. in cap. penul. nu. 10. de for. compe. Et ad Ioan. And. & Lap. ſe remittit Tiraq. de vtr. retract. in ver. *De dans l'an*. par. 1. §. 1. Gloſſ. 10. nu. 51. verſ. Adeo autẽ lædit.

## *SVMMARIVM.*

1 *Decimarum pro exactione an requiratur monitorium, ſeu monitio.*

2 *Decimæ ſpontè ſoluendæ ſunt.*

3 *Decimæ ſtatim ſoluendæ ſunt expenſis non deductis.*

## QVAESTIO XLII.

QVadrageſimo ſecundo quæro * an pro exactione decimarum requiratur monitorium, ſeu monitio? Pro opi. 1

affirmatiua adduco tex. in c. omnes decimæ. 16. quæſt. 7. verſ. Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolētes ſtatuimus vt ſecundū Domini præceptum admoneantur ſemel, &c. in c. peruenit. ibi, Mandamus quatenus Parochianos veſtros monere curetis, &c. de deci. Pro opin. verò negatiua pondero verba Exo. c. 20. Decimas, & primitias non tardabis offerre. & 2. Paralipo. 31. vbi quòd filij Iſrael, & Iuda obtulerunt
2 decimas: & ſic ſpontè * decimæ ſoluendæ ſunt. Immo ſi tardius dentur, peccatum eſt. c. decimæ. verſ. ſed ſi tardius dare. 16. quæſt. 1. Et dicit text. in c. cum homines, de deci. (contra eos qui ante decimarum ſolutionem ſatisfaciebāt ſeruientibus, & mercenarijs pro debito totius anni, & de reſiduo decimā ſoluere poſtea volebant.) Mandamus quatenus eos cogatis, vt decimas ſtatim fructibus collectis perſoluant. * Et ſic non dedu-
3 ctis expenſis. prout etiam voluit Anto. Corſet. alios ad id citās in ſuis ſingu. in ver. integrè. Nonnulli diſtinguūt. Aut loquimur in decimis prædialibus, &
moni-

monitio non requiratur. Aut in perſonalibus: & cum pro illis ſoluendis non ſit præſtitutum certum tempus, & monitio requiratur: quã diſtinctionẽ contemnendam nõ eſſe aſſerit Pet. Rebuff. in tracta. decimarum. q. 12. in fin. Altera diſtinctio eſt. Aut loquimur quoad munus, ſeu officium ſoluere debentis decimas, & verior ſit opin. negatiua quod abſque aliqua interpellatione, citatione, vel monitione illas ſoluere teneatur: & malè faciat, & in mora ſit, ſi illas ſtatim non ſoluat. Aut loquimur ad hoc vt non ſoluens condemnari iuris remedijs cogi, & excommunicari poſſit: & hoc caſu dicamus, ſeu monitionẽ requiri; prout etiã per dictum Pet. Rebuff. præalle. q. 12. in tract. de Decimis.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitorij decernendi à iudice compulſore quis effectus erit.*

2 *Compulſor an habeat facultatem monẽdi ad exhibendum, & procedendi contra non exhibentes.*

3 *Tranſumptari faciendi auctoritas ad ordinarium ſpectat.*

# QVAESTIO XLIII.

QVadrageſimo tertio impetratur reſcriptum pro compulſorialibus ſpecialibus decernendis iuxta formulam xx. commiſſionis quam poſui in 2. Aeditio. cum hac clauſula (cum poteſtate D. Iudici compulſori committendi, & mãdandi vt dictos N. & N. etiam ſub pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis, ac pecuniarijs arbitrio ſuo moderandi monendi, & requirendi. ac moneri, & requiri faciendi, quod infra aliquem breuẽ peremptorium terminum iura, & munimenta deſignata, ſeu deſignanda corã eo apud acta notarij exhibeat, ſeu exhibeant tranſumptanda, &c. Et in euentum non paritionis ſeruatis quatuor
1 terminis, &c. quæro * quis erit finis, & effectus monitorij huiuſmodi? Reſpõdeo Iudex compulſor hac via faciet iura exhiberi, & tranſumptari: ac trãſumptata ad Rom. Cur. tranſmittet ſuo ſub

ſigillo

ſigillo clauſa. Vel non obtemperantes monitorio huiuſmodi, & literis compulſorialibus contumaces, & inobedientes reputabit, contra eosque procedet tam via cenſurarum: quam pœnarum, vel in literis compulſorialibus cõtentarum: vel ab ipſo compulſore comminatarum ſeruatis, & aliàs iuxta formam, & tenorem præalle. commiſſionis xx. Expedit obtinere in reſcripto hanc facultatem monendi: & ad pœnas & cenſuras eccleſiaſticas procedendi: quia non defuerunt negantes iudicem *compulſorem habere huiuſmodi, vel ſimilem poteſtatẽ, & facultatem: prout inter alios voluit Compilator Deciſionum in nou. 1. ſub tit. de fi. inſtru, aliàs 10. iuxta alium ordinem, quæ incipit, fuit dubitatum vtrum inſtrumenta exemplata, col. 2. verſ. Cum ipſi habeãt duntaxat requirere habentes, & tenentes Inſtrumẽta ad cauſam neceſſaria ad tradendum parti petenti ſub pœnis, & cẽſuris per nos latis, & non per eos fulminandis, &c. Similiter compilator, Dec. 389. nota inſtrumenta, in anti. voluit 2

compulſorem non habere auctoritatē citādi, ſed eſſe merum executorem. Et de tranſumptis in vim compulſoriæ loquitur Gemini.cenſ.15. Reueren. poſt nu.17.verſ. Quia ſupplet tantum defectus præſentia partis, vel nō factorum tranſumptorum in vim compulſoriæ. Et ſciendum eſt, quòd ſimilis auctori-
8 tas * tranſumpti faciendi, & compellendi ad exhibendum iura ad ordinarium ſpectat, c.cum tabellio. & c. fin. de fi. inſtru. l. argentarius. poſt prin. Iun. gloſ. in ver. ideo abſimiles. D. de æden. Bar. in l. fin. nu. 4. D de tabu. exhi. Quod intelligendum, & limitandum eſt, quādo nulla lis pendet: vel ſi ſit lis. pendeat coram ipſo ordinario. Alióqui ſi lis pendeat coram Rotæ Auditore, vel alio Iudice Romano tunc. præſertim ex ſtilo obſeruatur, quòd etiam quòd iura cum ſolēnitatibus tranſumptarētur eis fides nō adhibeatur, niſi iura extracta, vel tranſumptata ſint in vim compulſoriæ ab Auditore Rotæ, vel alio iudice Romano decretæ, coram quo pendet lis, prout per Bartho. Belenci. olim Rotæ Auditorem

ditorẽ præſtantiſſimũ in tracta. de charita. ſubſi. q. 142. nu. 4. verſ. Quod intelligo, & per Sarnen. etiã Rotæ Auditorẽ in c, ſtatutum. nu. 60. de reſcr. lib. 6.

## *SVMMARIVM.*

1 *Formula monitorij extra Romanam Cu. exequendi*

2 *Clauſula. Et noſtris, imò verò Apoſtolicis, &c. ad quid ponatur.*

3 *Auditor Cameræ an ſit ordinarius in omnibus cauſis?*

4 *Idem iudicandum de eo, cui ſedes Apoſtolica committit, quod de ipſa ſede Apoſtolica.*

5 *Factũ alicuius de mãdato ſedis Apoſtolicæ, ſedis eiuſdem factum cenſetur.*

## QVAESTIO XLIIII.

QVadrageſimo quarto, q̃a ſupra q. 7. tradidimus formulã monitorij pro Ro. cu. quęro, quæ * erit formula moni 1
torij via ordinaria decernendi, & extra Ro. Cu. exequẽdi: & ad quid apponatur

clauſula illa. Et noſtris, imò verius Apoſtolicis, &c. Monitorij huiuſmodi formula hęc eſt Alexander Riarius, &c. Sanctiſſimi D. N. Papæ, eiuſque Camerarij, necnon cauſarum Curiæ Camerę Apoſtolicæ generalis Auditor: Romanæque Cur. Iudex ordinarius, &c. Vniuerſis, & ſingulis D. Abbatibus, Prioribus, &c. notarijs, & tabellionibus publicis quibuſcunq; per ciuitatem, & diœceſim Viterbien. & alias vbilibet conſtitutis, &c. Ac illi, vel illis ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſeu præſentabuntur ſalutem in Domino. Et noſtris, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Pro parte, & ad inſtantiam A. requiſiti diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrum tenore præſentium committimus: ac in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excōmunicationis pœna, quam in vos, & veſtrum quemlibet trium tamen dierū canonica monitione præcedente ferimus in ijs ſcriptis, niſi feceritis ea, quæ mandamus diſtrictè præcipientes quatenus ſtatim receptis præſentibus vos,

vel

velquicunque veſtrum fuerit requiſitus per vos, vel alium, ſeu alios ex parte noſtra moneatis primo, ſecũdo, tertio, & peremptoriè B. & requiratis, eiq; nihilominus in virtute ſanctæ obediẽtiæ, & ſub mandati executiui, & in ſubſidium ſub excommunicationis pœnis diſtrictè pręcipiatis, & mandetis quibus nos etiam tenore præſentium præcipimus, mandamus, ac requirimus, & monemus quatenus infra ſex dierum ſpacium à die monitionis huiuſmodi per vos, vel alterum veſtrum ei factæ immediatè ſequen. quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies ei pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus, & vos aſſignetis eidem det, ſoluat, & reſtituat eidem A. vel eius legitimo procuratori ad hoc mandatum ſufficiens habenti ducatos auri in auro quinquaginta boni, & iuſti ponderis in quib. ſibi occaſione amicabilis mutui in Ro. Cu. facti dicitur fore obligatus. Aut interim ſe cum eodem A. aut eius procuratore prædicto

amicabiliter componat, & concordet. Aliòqui prænominatū B. ſi in præmiſſis ſe fore grauatum ſenſerit modo, & forma præmiſſis peremptoriè citare cu retis: prout & nos citamus eūdem quatenus decima die poſt citationem veſtram huiuſmodi immediatè ſequenti ſi dies ipſa iuridica fuerit, &c. aliòqui prima die iuridica ex tunc immediatè ſequen. qua nos, aut ſubrogandum, &c. ſedere contigerit compareat in iudicio coram nobis, vel ſubrogando Auditore prædicto per ſe, vel procuratorē, ſeu procuratores ſuos idoneos cauſam ſui grauaminis allegaturi, aliàs dicturi, facturi, oſtenſuri, & recepturi quod iuſtitia ſuadebit: & ordo dictauerit rationis: Certificantes nihilominus dictum ſic citatum quòd ſiue in dicto citationis termino, vt præmiſſum eſt comparere iurauerit, ſiue non, nihilominus tamē nos, vel ſubrogandus prædictus ad mādati executiui præmiſſi decretum, illiuſq; relaxationem, vel in ſubſidium ad declarationem dictæ ſententiæ excommunicationis, & alias ad grauiora procedemus,

cedemus, ſeu procedet dictorum monitorum, & citatorum abſentia, ſeu contumacia in aliquo non obſtante. diem verò monitionis, & citationis veſtrarum huiuſmodi, &c. cureris. Abſolutionem, &c. Quantum ad illã * clauſulã, Et noſtris, imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis, ſiue * Aud. 2
Cameræ ordinarium dicamus in omnibus cauſis, prout voluerunt Hoſtien. in ſum. ſub tit. de offic. ordi. poſt prin. & Specu. eo. tit. §. 1. nu. 3, verſ. Quid de auditoribus. lib. 1. glo. in cle. ne Romani. §. eo tamen in ver. expirare. de electio. & ſic iuriſdictionem ſuo iure habere dicatur, tamẽ negari non poteſt quin eã habeat beneficio principis. ad l. more maiorũ. Iun. glo. in ver. ſuo iure. & l. ſequen. D. de iuriſ. omn. iudi. Hoſtiẽ. vbi ſupra in ſum. de offi. ordi in prin. meritò igitur cũ beneficio Papæ, ac ſedis Apoſtolicæ iuriſdictionẽ habeat, hac clauſula vtitur: eius. n. mandatũ, mãdatũ ſedis Apoſt. videri debet. ſiue etiã vt delegat⁹ in aliqua cauſa monitoriũ decernit eandẽ clauſulã apponet: & ſedis Apoſt. 3

quæ eum delegauit: & cuius vices gerit iuriſdictione vtetur ad tex. in l. 1. §. qui mandatum. D. de offic. eius l. fin. verſ. Sed ne quæſita. C. vbi, & apud quem. Et cum vt præmiſſum eſt Auditor Cameræ gerat vices Papæ, & ſedis Apoſtolicæ: eodem iure, eiſdem facultatibus, & clauſulis vti debebit, quibus Papa, & ſedes Apoſtolica, & idem de eo indica-
4 ri debet * prout de eadem ſede Apoſtolica quã repræſentat. c. præcipimus. 93. diſtin. Alex. ſuper rub. D. de offic. eius. nu. 14. D. meus Phi. Dec. in c. ſanc. de offi. dele. Ang. Aret. ſup rub. Inſti. de excep. nu. 5. Effectus autẽ clauſulæ præmiſſæ magnus erit: nemo enim tam duræ ceruicis: tam ſuprema dignitate præditus: tam temerarius erit, qui monitionibus, & mandatis ipſius ſedis Apoſtolicæ contrauenire: vel ſe opponere: ſeu non parere præſumat: quòd ſi dæmoniaco inſtinctu aliter fecerit, & in hoc, & in alio ſæculo grauiſſimas ſe ſub-
5 iturum pœnas ſciat. Et quod * factum alicuius de mandato ſedis Apoſtolicæ ſibi commiſſum, factum ſedis Apoſtolicæ

licæ cenſeri debeat:ac validius, & firmius,ac præſtantius haberi debeat quã actus factus ab alio, vel eodem non auctoritate ſedis Apoſtolicæ probatur ex tex.in c.cum aliquibus.de reſcr.lib.6.c. ſi eum.& c.ſi Apoſtolicæ.de præb. eod. lib.6.& vbique Docto.

## SVMMARIVM.

1 *Monitoriũ contra teſtificari recuſantẽ.*
2 *Teſtis diffugiens ſe examini ſubijcere pignorabitur, vel mulctabitur.*
3 *Teſtis examen diffugiens qualiter à Iudice eccleſiaſtico moneatur?*

## QVAESTIO XLV.

QVadrageſimo quinto quæro,* qualiter procedendum erit contra monitum recuſantem teſtificari in aliqua cauſa? Diſtinguo aut ſumus corã iudice ſæculari, qui poterit monere teſtem nominatum ad ſubijciendum ſe examini, ſub aliqua pœna pecuniaria, ſeu mulcta, & illo non parente iudicis manda- 1

2 to * procedere ad pignorationem, ſeu pœnæ pecuniariæ exactionē, iuxta text. in l. locum. verſ. Et ſi fortè non obtemperent. D. de tabu. exhi. Iun. glo. in ver. coërceri, quæ ſupplet captis pignoribus, vel mulctis. l. cum ab initio. & ibi in glo. D. quemad. teſta. ape. l. ſi quādo inuitos teſtes. C. de teſtib. In nonnullis locis adſunt ſtatuta diſponentia, qualiter contra hos diffugientes ſe examini subijcere procedendum ſit. Aut loquimur in cauſis corā iudicibus eccleſiaſticis,
3 & tunc monetur * teſtis qualiter infra tot dies teſtificari debeat ſub eccleſiaſticis cenſuris, ac pœnis pecuniariis, iuxta text. in c. ſtatutum. Iun. glo. in ver. ad teſtimoniū. 2. q. 6. in c. 1. in fin. ac c. 2. & toto titu. de teſtib. cogen. c. ex parte. in fin. verſ. teſtes autem de teſtib. quòd ſi ceſſante cauſa iuſta, recuſauerit quis ſe examini ſubiicere cēſuris afficietur, ac mulctabitur

*SVMMARIVM.*

1 *Poſitionibus contra monitum reſponde-*

*re*

*re recuſantẽ qualiter procedi debeat?*

2 *Poſitionibus reſpõdere quis nõ cogitur, niſi ad id accedat iudicis iuſsus.*

3 *Formula monitorij ad reſpondendum poſitionibus.*

4 *Mora reſpondendi poſitionibus vt ſit impurgabilis cautela.*

## QVAESTIO XLVI.

QVadrageſimo ſexto quæro qualiter procedi debeat contra* recuſantẽ 1 reſpõdere per verbum credit, vel non credit poſitionibus? Pro reſolutione huius quæſiti plura ſupponenda veniunt, quæ quiuis videre poterit in mea repet. cap. quoniam contra. de proba. nu. 192. cum aliis ſequent. & inter alia quod licet in principio poſitionum apponantur illa verba videlicet. Quibus ſingulariter ſingulis ex aduerſo medio iuramento per verbum credit, vel non credit ſufficienter reſponderi petit, vt per gloſſ. & Doct. in cap. 1. de confeſ. libro ſexto. Non tamen cogitur aduerſarius reſpõdere poſitionibus

licet pars diuerſa illum ad id interpel-
a let, niſi accedat etiam * iuſſus ipſius iudicis. Innoc. in c. prout. de do. & contu. in præalle. c. 1. Iun. prin. cum ibi nota. per glo. de confeſ. lib. 6. per Bald. in l. fi. §. quod ſi actor. C. de iura. calum. per Fran. Curt. in tracta. poſitio. & interrogatio. vbi etiam ſubdit nonnullas limitationes. ac per Auguſt. Bero. q 78 incipien. Interrogatus. in princ. Modo ad praxim deuenio, & primo dico poſſe procedi via monitorij, ſeu præcepti, & ſic iudex corã quo productæ ſunt poſitiones monebit partem, contra quam poſitiones productæ fuerunt, vt illis reſpondeat infra biduum, vel infra tres, aliòqui illæ pro confeſſis, ſeu confeſſatis habeantur, quo termino lapſo pro talibus habebuntur, per tex. in c. 2. de confeſ. lib. 6 & ibi glò. in ver. pro confeſſis poſt medium, dicit quod hodie ipſo iure, quod etiam affirmat ibidem Gemini. Non negauerim tamen quin alia via quam monitorij ad idem, ad eundẽq; effectum procedi poſſit, videlicet per viam citationis, vel monitionis iudicis

horete-

horetenus factæ vt quis poſitionibus reſpondeat, cum comminatione, quod ſi infra tempus ſibi aſſignatum non reſpondeat, illæ pro confeſſis, ſeu confeſſatis habebuntur. Et in iſtis terminis loquitur, & ſic intelligi debet Rober. Maran. de ordi. iudi. par. 6. ſub titu. de contu. nu. 18. verſ. octaua pœna eſt. Alio etiam modo, & aliàs mulctando coërcẽdo, vel grauãdo procedi poterit, & per iudicem eccleſiaſticum excommunicando niſi quis reſpondeat. Hodie formula monitorij, vt quis poſitionibus reſpondeat ſimilis huic eſſe * ſolet, videlicet, De mandato, &c. & ad inſtantiam Meuij, moneatur Titius ex aduerſo principalis, quatenus infra triduũ proximum ſub 200. duc. au. pœna locis pijs per nos eligendis applicanda, ac pro illa mãdatum executiuum, & in iuris ſubſidium, & quatenus opus erit excommunicationis poſitionibus, & articulis in actis infraſcripti notarij datis, medio iuramento per verbum credit, vel non credit ſingulatiter ſingulis ſufficienter reſpondiſſe. Et ſi in præmiſſis ſenſerit ſe

grauatum compareat &c. Expedit (meâ
4 quidem ſententia) * vt inſtetur per Iudicem pronunciari illum, qui non reſpondit haberi pro confeſſo, ſeu poſitiones ipſas pro confeſſis haberi, ad hoc ne diſputationi locus remaneat, an mora non reſpondentis purgari poſſit. ad ea, quæ tractant Cyn. in l, 2. §. quod ſi actor. C. de iura. calum. Bal. in c. 3. de mili. vaſal. qui contu. eſt. Ange. & Imol. in l. ſi inſultum. D. de ver. obli. & ibi Alex. poſt alios. nu. 36. ibi niſi iudex pronunciaſſet eum haberi pro confeſſo.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitoriarum formula.*
2 *Excommunicari quis debet ex re non vulgari.*
3 *Monitori ab epiſcopis concedi ſolitæ.*
4 *Reuelatio delinquentis parte inſtante an fieri debeat?*
5 *Furem reuelare quando quis teneatur de iure canonico.*
6 *Officio nobili procedere dicitur, iudex licet pars accuſat.*

QVAE-

# QVAESTIO XLVII.

QVadrageſimo ſeptimo quæro * quæ 1
ſit formula monitoriarum de quibus loquutus ſum ſupra quæſt.1, nu. 12. ad quid inuentæ ſint, & qualiter in illis procedatur? Circa primum reſpõdeo, quod plures formulæ dari poſſent, hæc tamen quam ſubijciam frequentior, & vberior mihi viſa fuit ſub iis verbis Alexander Riarius, &c. venerabilibus, & circumſpectis viris vicariis, ſeu officialibus, &c. ac vniuerſis, & ſingulis parrochialium eccleſiarum rectoribus, cappellanis, curatis, & non curatis ciuitatũ &c. necnon conuentuum fratrum Prędicatorum, minorum Auguſtinen. & Carmelitarum prioribus, & guardianis, ac fratribus per prędictas ciuitates, & earum diœceſes, & alias vbilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, ac illi, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere.

Noueritis, quòd nuper pro parte nobilis viri N inſtanter requiſiti diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrum tenore præſentium committimus, & ſub excommunicationis pœna, quam canonica monitione præmiſſa in vos, & veſtrum quemlibet ferimus in ijs ſcriptis niſi feceritis, quæ mandamus, diſtrictè præcipientes quatenus receptis præſentibus vos. & quicunq; veſtrum, qui ſuper hoc fuerit requiſitus per vos, vel alium, ſeu alios ex parte noſtra vos Domini Vicarij, & officiales dum cauſarum audientias tenebitis, voſq. priores, guardeani, & fratres in veſtris ſermonibus publicis, dum verbum Dei fideli populo ibidem aſtanti prædicabitis, ac vos rectores, cappellani curati, & non curati in veſtris eccleſiis dum miſſarum celebrabuntur ſolemnia, & fidelium populus ibidem cõuenerit ad diuina officia audiendum, moneatis primo, ſecundo, tertio, & perẽptoriè publicè alta, & intelligibili voce omnes, & ſingulas perſonas vtriuſque ſexus exemptas, & non exẽptas, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus,

gradus, ordinis, vel conditionis exiſtāt, quas, & earum quamlibet nos etiam tenore præſentiū monemus, eiſq; nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quā canonica monitione præmiſſa in eas, & earum quamlibet exnunc ferimus in iis ſcriptis: niſi mādatis, & monitionibus noſtris huiuſmodi paruerint cum effectu diſtrictè præcipimus, & mandamus, quibus, & eorum cuilibet vos etiam præcipiatis, & mandetis eiſdē, quatenus ſi ſit earum aliqua, quæ clam, furtiuè, latenter, occultè, indebitè, & iniuſtè habuerit, receperit, leuauerit, occultauerit, occupauerit, retinuerit, & ſibi indebitè appropriauerit quouis quæſito colore, aut titulo: aut ſciat habētes, detinentes, occultantes, celantes, vſurpantes, rapientes, ſibi indebitè appropriantes aliqua de bonis mobilibus, & immobilibus dicti N. ſicuti aurum, argentum, monetatum, & non monetatum cuiuſcunque formæ pateras, ſciphos, coclearia, virgas, annulos auri, & alia quæcunque vaſa aurea, argentea, æ-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0213-8

rea,ſtannea,perlas,lapides præcioſos, li teras,chartas,cedulas inſtrumenta publica,teſtamenta,legata,relicta, donationes,protocolla,obligationes,quitãtias,contractus, recognitiones, libros rationum,reddituum, cenſuũ, & aliorum debitorum,ac alias ſcripturas tam publicas,quam priuatas, lectos, culcitras,linteamina,mappas,& c. veſtimen ta,pannos lineos, & laneos, & alia corporis veſtimenta, & quæcũque domus vtenſilia,vina,vaſa frumentum, legumina,&c. domos vineas,&c. boues, equos,&c. & alia quæcunque animalia, & bona ad dictum N. ſpectantia, & pertinentia tum ratione perſonę ſuę,& ſucceſſionis hereditariæ,&c. in quibuſcũque locis,ſeu rebus conſiſtant. Aut ſciant,ſeu ſciat aliquem, vel aliquos dicta bona,vel ex ipſis aliqua habuiſſe, vel habere,detinere,occupare, & ſibi indebitè appropriare,&c. ipſæ perſonæ, quas prorſus ignorat,dicta bona, aut ex ipſis aliqua habentes,detinentes, occupantes,& ſibi indebitè appropriantes reddant,reſtituant,realiter, & cum effectu

infra

infra x. dierum ſpacium à die monitionis ſic factæ in antea proximè computandorum, ſeu poſtquã huiuſmodi monitio ad ipſorum notitiam deuenerit, &c. ſcientes verò dicta bona, aut ex ipſis aliqua habentes, detinentes, occupãtes, vſurpantes, & ſibi indebitè appropriantes reuelent, & ſignificent eidem N. aut alicui alteri perſonę idoneę, & fideli. per quam, ſeu mediante qua poſſit eidem N. fieri reſtitutio, ſeu condigna ſatisfactio de bonis. & rebus ſupradictis: aut aliter cõueniant, & cõcordent amicabiliter cum eodem. Aliòqui lapſo dictæ monitionis termino omnes, & ſingulas perſonas ſic monitas dicta bona, aut ex ipſis aliqua habentes, detinentes, occupantes, & non reſtituentes, ſcienteſq; & non reuelantes, quas, & earũ quamlibet ob hanc cauſam in ijs ſcriptis excommunicamus, voſque tandiu in veſtris eccleſiis ſingulis diebus dominicis, & feſtiuis dum miſſarum celebrãtur ſolemnia, & fidelium populus ibidem conuenerit ad diuina officia audiendum, pulſatis campanis, candelis ac-

cenſis, & demum extinctis, & in terram proiectis ſic excommunicatos ob dictā cauſam publicè nuncietis, ſeu nunciare faciatis donec aliud nobis, vel ſuperiori noſtro ſuper hoc habueritis in mandatis. Et ſi huiuſmodi excommunicationis ſententiam poſt denunciationem huiuſmodi per vos, ſeu alterum veſtrum ſic factam, per 15. dies animis (quod abſit) ſubſtinuerint induratis, nec de præmiſſis ſatisfacere, & ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ redire curauerint. Nos tūc attendentes, quod eorum creſcente contumacia, & inobedientia, meritò creſcere debeat & pœna, in ipſas omnes, & ſingulas perſonas prædictas ſic excommunicatas, & denū ciatas ſententiam ipſam excommunicationis ex nunc, prout ex tunc duximus aggrauandam; & tenore præſentium aggrauamus, &c. Præmiſſæ formulæ hucuſque locus fuit, quid autem futurum ſit ſtante nouiſſimo Concilio Tridentino meum non eſt decidere, Cō cilium inquam Tridētinum in Decre. Refor. ſeſſio. 25. cap. 3. ſic loquitur. Quapropter

propter excommunicationes illæ, quæ monitionibus pręmiſſis ad finē reuelationis (vt aiunt) aut pro deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent à nemine prorſus, præterquā ab epiſcopo decernantur, & tunc non aliàs, quam * ex re 2
non vulgari, cauſaque diligēter, & magna maturitate per epiſcopum examinata, &c. Hæc verba. Ex re non vulgari, cauſaq; cognita, &c. cum iure antiquo maximam conformitatem habent. iuxta tex. in c. epiſcopi ſi ſacerdotali. in c. nemo epiſcoporū, & c. ſeq. 11. quæſt. 3. in c. ſacro. de ſenten. excom. Monitoriæ * 3
quæ ab epiſcopis ſuper præmiſſis conceduntur breuiores eſſe conſueuere, ciuſdem tamen ſubſtantiæ, & effectus. ſciēdum eſt, quod epiſcopus, ſeu eius vicarius cuicunque petenti has monitorias generales cōtra detinentes res ſuas, vel ſcientes qui eas obtineat, vt niſi reſtituant, vel reuelent infra certum tempus excommunicati ſint concedere poteſt. glo. Bar. & Alex. in apoſtil. ad ipſum Bar. Ange. Alber. Saly. Pau Caſtren. & Floria. in l. ciuile eſt. C. de furt. Bald. in c. ſi

ſacerdos.ver.Itē ſi aliquis fecit furtum. D.de offi.ordi.Aret.in c.nouit.col.pen. verſ.Circa vltimum.de iudi.Rot. 444. quæ incipit extra Rotam.in no. glo. in ver.præmoniti.Iun.tradi.ibi per Anch. Cardin.& Imol.de iudi.Io. de ligna. in tracta.de cenſu. eccleſi.§. reſtat videre ex quibus cauſis.verſ.12.& §.ſeq. ver.21. Ex præmiſſis, & infra dicendis patebit ſolutio ad quæſita ſupra in prin. In principio præmiſſæ formulæ dictum fuit. Pro parte N. hinc videtur oriri maxima contentio inter legiſtas in alle.l. ciuile. C.de furt.& in l.3.§. ſi tibi. D.de cōdit. ob tur.cau. & canoniſtas in c. qui cū fu-
4 re.& de furt.& alijs in locis: videntur enim legiſtæ communiter concludere, quod *reuelatio delinquentis ad inſtātiam partis fieri nō debeat, ſed ad inſtātiam iudicis ex officio, faciendo inquiſitionem generalem vt purget prouinciam ſuam malis hominibus. ad l.congruit.D.de offi præſi. qui legiſtæ etiam affirmant,etiam de iure canonico, quē non teneri inſtante parte furem indicare.Hinc Ange.& Floria.in dicto,§. ſi tibi

bi inditium. Idem Ange.in l. qui vas. §. qui furem.& §.qui ex voluntate. D. de furt.Ioan de Ana.in alle.c. qui cum fure.eo.col.penul.& Afflic.conſti. Neap. In quæſtionibus,col.3. referunt exemplum diui Franciſci,qui interrogatus ſi homicida inde tranſiuerat, verbis vſus æquivocis,immittens manus in mani- 5
cas reſpondit. Hac non tranſiuit. Canoniſtæ verò * præſertim antiqui concludere videbantur, quod etiam ad inſtantiam partis quis cogi poſſet etiã ſub cenſuris ad propalandum,& indicandũ furem,& vbi ſint,ſeu quo tranſportatæ fuerint res ſubtractæ.vt per gloſ.in alle. c.qui cum fure. & per Alberi. & Iaſ. in dicta l.3.§.ſi tibi inditium.in 1.fallẽ. D. de condi.ob tur.cau. Abb.in c.dilectus. in 1.not.de exceſ.præla. Et hoc iure vtimur,quod etiam ad inſtantiam partis monitoriæ huiuſmodi generales decernantur, & concedantur vt præmiſſum eſt. Et in iſtis monitorijs ratione peccati officium iudicis maximè exhuberat. Cardin.in clem. diſpendioſam . quæſt. 13. de iudi. Et licet pars inſtet, accuſet,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-316931-p0219-5

denunciet, adhuc dici debet iudicem
6 procedere* ex mero officio nobili. Et accuſans dicitur ſtimulus inſtigans iudicem: vt voluerunt Caccialup. Lancellot.& Claud. in l. imperium. col.4. D. de iuriſ. omn. iudi. pro quibus, & omnibus alijs, quæ hic deſiderari poſſũt, & ꝓ alijs quæſtion. huc pertinentibus vide omnino Ioan. Neuiza. in ſua ſyl. nuptia. lib. 3. in ver. monitorię. nu. 28. cum pluribus ſequentibus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Monitus an velit vti ſcriptura, quam de falſo quis redarguere vult, qualiter reſpondere debeat?*

2 *Inſtrumento vti volo quatenus ſit bonũ reſponſio.*

3 *Inſtrumento falſo vtens non punitur pœna ordinaria.*

## QVAESTIO XLVIII.

1 QVadrageſimo octauo quæro, qualiter* reſpondere debeat monitus, an vti velit ſcriptura, per eum ꝓducta, quam quis moneri faciens de falſo redargue-

darguere vult? Reſpondent cõmuniter Doctо. quod reſpondendũ ſit volo vti cum proteſtatione ſi, & quatenus veritatem contineat. Vel ſi volo vti hoc inſtrumento, quatenus illud appareat verum, & ſi nõ appareat verum profiteor illo me non vſurum, vel ſic volo vti dicto inſtrumento ſi non adducantur ſuſptiones falſitatis. Seu volo vti pro bono, & legali ſi, & quatenus de iure ſit, & non alias. Hanc reſponſionem, & praxim comprobant Gui. de Suzza. in authen. ſi quis in aliquo. C. de æden. Specu. in tit. de inſtru. æditio. §. videndum reſtat. in prin. verſ. Quòd ſi velis. & Bal. in l. ſi aduerſarius. in fi. C. de fi. inſtru. Cyn. Ange. & Saly. in l. ſi falſos. C. de falſo. Feli. in c. præſentium. nu. 12. de teſti. practi. Papien. in forma productionis inſtrumentorum. in ver. appareant. Io. Fran. Rip. in c. cum M. Ferrarien. poſt num. 100. verſ. Bene facit. de conſtitu. Hanc praxim, & reſponſionem, videlicet. Volo vti inſtrumento * quatenus ſit bonum, vel ſi non adducantur ſuſpitiones falſitatis comprobauit Rota co- 2

ram Capizucca in cauſa Portuen. Caſtri Riani pro filiis Aloyſij de Gaddis, contra fratres S. Pauli. In cōtrarium, quod imò talis reſponſio admitti non debeat, ſed requiratur præciſa, & clara reſpōſio videntur voluiſſe, & pro hac opin. citantur idem Cyn. in alle. l. falſos. C. de falſ. Bar. in l. diuus. 2. D. eo lap. Alle 119. quæro pone. in prin. Fulgo. conſil. 177. Bal. conſ. 96. lib. 1. Aret. in c. præſentiū. col. 6. de teſtib. Cæpol. caute. 54. & Feli. in dicto c. prçſentium. col. 4. Et hāc opi. contra cautelas prædictas iuxta præall. conſ. Fulgo. 177. comprobauit conſiliū Neapolitanū, inteligens cautelas procedere tantum parte non opponente, prout teſtatur Afflict. Dec. Neapo. 189. incipien. Facta publicatione, quas etiā cautelas impugnat Aegid. Boſſ. in tracta. cau. crimi. titu. de Falſ. nu. 155. Et opin. Bar. & Lap. ſecuti fuerunt Anto. de But. in c. imputari. ad fi. de fi. inſtr. Ang. de Arimi. in Addi. ad Ang. de Malefi. in ver. falſario. poſt nu. 44. verſ. Tu autem in hac materia adde, quòd Docto. moderni. ac Io. Bab. Ferret. conſ. 88. incipien.

en.ſuper pũcto.vbi ad fi.hãc opin.Bar. & Lapi.veriorem affirmat.In harum opin.cõtrarietate ſic diſtinguerem. Aut ille,qui moneri fecit aduerſariũ,vt declaret,an vti velit inſtrumẽto,quod ipſe de falſo redarguere vult, & ille qui produxit reſpondit vt ſupra,& qui moneri eum fecit amplius non inſiſtit,ſeu acquieſcit reſpoſioni datæ,& eſſem pro prima opin.aut reſponſione data non obſtante inſtat adhuc idem, qui moneri fecit præciſe,& clarè reſponderi debere,& opinionem Bar.Lap. Fulgo & ſequacium veriorem putarẽ,per ea, quæ ipſi adducunt. Quam opinionem Bart. & cum eo tenentium tanto magis procedere affirmarem, quando ad inſtantiã interrogantis, ſeu inſtantis ſtatueretur terminus aduerſario ad deliberatè,ac præciſè reſpondendum velit vti, vel ne,vel ipſe monitus terminum huiuſmodi petijſſet,prout per Bar.& Lap. ſupra citatos.per Arc.in c. pręſentium. col.6.de teſt.& per Matth.de Affli.Dec. 189.Aliter etiam diſtingui poſſet videlicet.Aut ſimplciter quis interrogatur,

an velit vti inſtrumento: Aut ſpecificè exprimendo partem ſcripturæ quã intendit de falſo redarguere, & ſic monet vel interrogat, an velit vti inſtrumento in tali parte, in qua ſic dicitur. In ſecundo mẽbro interrogatus, ſeu monitus, præciſè reſpondere tenetur abſque aliqua proteſtatione vt voluerunt Saly. in l. ſi falſis. de falſ. Cardi. Alex. in c. in memoriam. 19. diſtin. & Rip. in c. cum M. Ferrarien. poſt nu. 100. verſ. Secundum remedium. Aliàs ſi in genere quis moneat, ſeu interroget hac ſpecificatione non facta procedat prima opin. prout vollunt Docto. pro illa citati. Et expreſſe hoc voluerunt Archidi. in alleg. c. in memoriam. & Ange. Aret. in §. appellãtur. col. 5. verſ. Sed pone. inſti. de actio. Non tamen annuere omittam, quod v-
5 tens inſtrumento falſo * non punitur pœna ordinaria legis Corneliæ de falſ. prout qui falſum fabricauit, ſed alia mitiori, vt voluerunt Cyn. in l. 2. col. 1. ver. Quæritur circa. & ibi Ange. qui dicunt hoc caſu imponendam eſſe pœnam relegationis ad tempus. & ibidem Saly. in

2.oppo.hanc communem affirmat. C. de inſtru. Idem voluerunt Io. Fabr. in §. Item lex Cornelia. in fi. inſti. de publi. iudi. Io. de Annan. in c. ad falſariorum. col. 1. de crimi. falſ. practi. Papien. in for. libel. ad reſcinden. ſenten. in glo. in ver. doloſe. nu. 3 Hyppo. de Marſi. conſ. 47. nu. 5. Afflict. Dec. Neap. vlt. nu. 18.

## SVMMARIVM.

1 *Moneri an quis poßit, an vti velit depoſitionibus teſtium, quas de falſo aduerſarius redarguere vult, & qualis reſponſio danda ſit per monitum?*

2 *Probatio per teſtes, & per ſcripturam æquiparantur.*

3 *Teſtes falſos producens etiam ſi poſtea dicat eorum atteſtationibus vti nolle, nihilominus de falſo puniendus erit.*

## QVAESTIO XLIX.

QVadrageſimo nono quæro, an ille modus monendi, & reſpondẽdi de quo in proxima præcedẽ. quæſt. proce-

dat etiam in atteſtationi, vt quis mone-
1 ri * debeat vt declaret an velit vti atte-
ſtationibus, vel teſtiū depoſitionibus,
quas aduerſarius de falſo redarguere
vult? Pro opin. affirmatiua facit, quod
2 ſicut æquiparatur, * probatio per teſtes
probationi per ſcripturas, iuxta tex. in l.
pactum. quod bona fide. C. de pact. l. in
exercendis. C. de fi. inſtru. & per D. me-
um. conſ. 169. col. 1. in fi. Sic etiam circa
reprobationem, ac circa illis vti volen-
tes idem modus ſeruari debeat. idemq;
ius ſtatutum eſſe cenſeri debeat. Secun
do idem dicendum videtur arguendo
ab identitate rationis, ad tex. in l. ſi po-
ſtulauerit. §. ratio. D. de adult. l. 1. §. in-
terdictum eandem. & ibi notat Bar. D.
de fonte. l. illud cum glo. magiſtra. in
ver. æſtimari. quæ dat concordan. D. ad
leg. acqui. c. tranſlato. cum glo. fin. de
conſtitu. Non minor nec differens ra-
tio militare conſpicitur in monendo
producentem teſtes, quam ſcripturas,
& in reſpondendo an quis velit vti ſcri-
pturis ſuſpectis de falſo, quam atteſta-
tionibus pariter ſuſpectis. Tertio in in-
diuiduo,

diuiduo,quod idem modus monēdi, interrogandi, ac reſpondendi in vtroq; caſu ꝓcedat elicitur ex Bar. in l. diuus. 2. poſt nu. 2. verſ. Quod dixi de inſtrumento. idem dico de atteſtationibus. D. ad leg. Corne, de falſ. & Bar. ſequitur Lap. Alle. 119. incipien. quęro pone. ante nu. 5. Et quòd idē de atteſtationibus, quod de ſcripturis in terminis noſtris reſpondendum ſit, apparet ex con. Raph. Fulgo. 177. incipien. publicato proceſſu, vbi concludit idem quod in ſcripturis dicēdum eſſe in depoſitionibus teſtium, videlicet, quod interrogari qs debeat, an vti velit atteſtationibus, ſeu depoſitionibus, & nunc ſufficiat reſpondere, quod eis vtitur inquantum veritatem contineant, aliàs non. In contrarium, quòd immo aliud dicēdum ſit circa atteſtationes, quam circa ſcripturas in terminis noſtris, probatur quia * produ- 3
cens falſos teſtes etiam ſi poſtea dicat illis, ſeu eorum depoſitionibus vti nolle, nihilominus de falſo puniendus erit, ex quo ſcienter falſum commiſiſſe videtur, prout volunt Bar. in l. ſi falſos. C. de

falſ. Pau. Caſtren. in l. 2. C. de fi. inſtru. Ange. Aret. in tracta. de Malefi. in ver. Falſario. nu. 42. verſ. Et ſcias. Rui. conſ. 86. nu. 6. verſ. Et ita etiam. vol. 4. Ego ſic diſtinguerē. Aut quis produxit falſum articulum, & ſuper eo teſtes examinari fecit, ſeu aliàs teſtes falſos induxit: & procedat ſecunda opin. & erimus in diuerſis terminis ab illis, de quibus in proxima præceden. quæſt. per nunc adducta, & per Rip. in c. cum M. Ferrariē. ante nu. 101. de conſti. verſ. Tertio intellige, quod præmiſſa proteſtatio. Et ſic ſumus in caſu, in quo quis fabricauit, & vti voluit, vnde vt præmiſi pœnam falſi non euitabit, vt per ſupra relatos, & dicta l. falſos. & ibi Bald. Ange. & Saly. C. de falſ. quantum enim in ſe fuit, egit, ac falſum commiſit, quod etiam voluit Ruin. alle. conſ. 86. nu. 3. vol. 4. Aut non fuit peccatum in datione articulorum, neque opera, vel facto, ſeu malis artibus teſtes inducentis illi falſum in principalis fauorem depoſuerunt, & tunc quia is falſum non fabricauit, ſed ſolum eo iam fabricato vti velle videbatur,

tur, ei renuncians falſi pœnam euitat, præallc. l. ſi falſos. C. de falſ. & ſi dicat ſe erraſſe in formando articulos, vel quod putaſſet teſtes vera dixiſſe, audietur. ita Feli. in c. præſentium. nu. 11. de teſtibus, ſicque intelligendum affirmat Bald. in l. 1. col. fin. C. ſi ex falſ. inſtru. Et in ijs terminis idem dicerem, quod de producēte ſcripturas, & monitorio huiuſmodi locum eſſe affirmarem, interrogationibuſq. ac reſponſionibus, de quibus in præceden. proxima quæſt. vel illis ſimilibus iuxta ſubiectas materias.

## *SVMMARIVM.*

1 *Reuelari ſe indemnem volens qualiter procedere debeat?*

2 *Fideiuſſoribus actiones, & remedia cõpetunt ante, & poſt damna paſſa.*

3 *Fideiuſſor antequam ſoluat, quãdo agere poſsit?*

4 *Diu ſtetiſſe in obligatione quando quis dicatur?*

QVAE-

## QVAESTIO L.

1 QVinquageſimo quæro fideiuſſor * volens ſe indemnem releuari qualiter procedere debeat? Inter alias vias breues, illam eligere poterit vt via monitorij infraſcripti tenoris agat. De mãdato A.C. & ad inſtantiam N. moneatur O. quatenus infra tres dies proximè futuros debeat ſub excommunicationis pœna &c. dictum. N. eius fideiuſſorem iuxta formam inſtrumenti obligationis indemnem realiter, & cum effectu releuaſſe. Et nihilominus ſub eadẽ pœna arreſtentur dictus O. ne à Ro. cu. recedat, & omnia bona ſua mobilia, præſertim equus, & 20. ſalmæ grani in domo O. exiſtentes, ne alicui tradantur aut extra dictam domum ducantur, vel exportentur, niſi prius dictum N. realiter, & cũ effectu de ſumma centum aureorum, pro quibus ſe in banco de Ceulis pro dicto O. obligauit relauauerit. Et ſi ſenſerit ſe grauatum, &c. Iura fide-
2 iuſſoribus * actiones, ac remedia pararunt ante, & poſt damna paſſa, iuxta tex.

in

l.ex mandato.§.fideiuſſor.& l.ſi manda
to meo.§.fideiuſſor.D. manda. ac §. ſi-
quid Inſti.de fideiuſ.& toto.tit.D.& C.
eo. Quatuor caſus, in quibus fideiuſſor
antequã * ſoluat agere poteſt habem⁹ ꝑ 4
tex.Iun.glo.in l.ſi pro ea.C. manda, per
glo.in ver.ſoluerit in alle.§.ſi quid.Inſt.
de fideiuſ.alios etiam addunt ibi Ange.
& alij, & ille eſt præcipuus quãdo diu fi-
deiuſſor ſtetit in obligatione. iuxta tex.
in l.lucius.§.fideiuſſ.D.manda. Et hoc
an fideiuſſor dicatur diu ſtetiſſe in obli-
gatione relinquitur arbitrio iudicis ꝓ-
ut per glo.in dicto §.fideiuſ. ac gloſſ. in
ver.feceris.in l.ſi pro ea.C. manda.Do-
cto.communiter.in §.ſiquid autẽ.Inſti.
de fideiuſ.ac glo.magna.in c. fin. exrra.
eo.de fideiuſ. & hanc magis communẽ
affirmat Iaſ.in l.ſi fundũ.nu.11.verſ.Sed
intelligitur arbitrio iudicis . D.de lega.
1.Romæ habemus ſtatutum c.104. lib.
1.diſponens , quod fideiuſſores, aut ex
promiſſores,qui ſe pro aliquo obliga-
uerint poſſint compellere principa-
lem, vt eos extrahat de fideiuſſio-
nibus, vt dentur fideiuſſores de

conſeruando eos indemnes, & hoc antequam fideiuſſores condemnẽtur, vel diu non ſtetiſſent in obligatione, vel etiam ſi principalis non dilapidet bona ſua. De arreſto perſonę, & bonorum, de quib⁹ hic, tractaui latè ſupra q. 8. & ſeq.

## *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus, & declaratus quia non paruit monitorio ſuper ſolutione quingẽtorum, an ſi ſoluat ſummam petitam, & expenſas taxatas indigeat abſolutione ab excommunicatione huiuſmodi?*

2 *Solutio, & liberatio idem ſonant.*

## QVAESTIO LI.

1 QVinquageſimo primo quæro, an * excommunicatus, & declaratus, qa non paruit monitorio, continẽti quod is ſoluat ducatos quingentos, ſi poſtea ille ſoluat ſummam petitam, ac expenſas taxatas, indigeat abſolutione ab excommunicatione huiuſmodi? Pro opin.

